Rinuccini, Alessandro

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/monumentaadalama00rinu

MONUMENTA
AD
ALAMANNI
RINUCCINI
VITAM CONTEXENDAM
EX MANUSCRIPTIS CODICIBUS
PLERUMQUE ERUTA
EDEBAT
FERDINANDUS FOSSIUS.

FLORENTIAE MDCCLXXXXI.
Ex Typographia Franciſci Moücke.
Praeſidum permiſſu.

ΑΙ ΔΕΥΤΕΡΑΙ ΦΡΟΝΤΙΔΕϹ ΣΟΦΩΤΕΡΑΙ.

Eur. Hipp.

Poſteriores cogitationes Sapientiores eſſe ſolent.

Cic. Philip.

EXCELLENTISSIMIS AC AMPLISSIMIS VIRIS

IOANNI

URBIS ROMAE PRAEFECTO

ET ALEXANDRO

BASELICES MARCHIONI

FRATRIBUS RINUCCINIIS.

FERDINANDUS FOSSIUS

FELICITATEM.

NOn diu neque multum incertus haeſi, cuinam hanc meam lucubratiunculam, quae Alamanni Rinuccini vitam reſque geſtas complectitur, dicarem, quum Vos il-

lico

lico occurriſtis, Praeſtantiſſimi Viri, quibus ea multis rationis momentis iure meritoque debebatur.

Primo enim loco animo meo obverſatur iocunda quaedam praeteritarum rerum memoria, qua mihi perpetuo in mentem revoco innumera beneficia, quibus a prima iuventute a Rinuccinia Domo fui devinctus, tum quando Hiſtoriae Profeſſor ad praelegendum in Academia *Nobilium* Florentina deſignatus, ab egregio Parente Veſtro Fulcone qui eidem Moderator ac Praeſes a Franciſco Caeſare fuerat adlectus, ſatis honeſto auctus de proprio aere ſtipendio; tum quando a Carolo germano Fratre in Hiſpaniam regia deſtinatione profecturo, itineris, ac totius peregrinationis ſocius & comes fui adſcitus, & poſt reditum ditiſſimae, ſelectiſſimaeque Bibliothecae veſtrae, quae Florentiae extat,

cu-

cuſtos, & praefectus aſſumptus: a quibus fontibus quum multa quae in me provenerunt commoda ſuam agnoſcant originem, non poſſum huiuſmodi benefacta niſi grato animo contemplari, ac ſi non referre, ſaltem debitas habere gratias, quod, dum ſpiritus hos reget artus, me praeſtiturum eſſe confido.

Alia inſuper adcedit, eaque non contemnenda ratio, qua hoc munuſculum Vobis obferendum cenſeam, quod quum ſermo ſit inſtituendus de Alamanno Maiore Veſtro, qui ſcientiam omnem philoſophicam cum elegantioribus ſtudiis rerumque gerendarum peritia coniunxerit; cuinam potiſſimum nuncupandum fuerit hoc tam conſpicuum domeſticum veſtrum exemplar quam Vobis, plane non video.

Accipite igitur lubenti animo hoc quod ſolum Vobis grati animi ergo obferre poſſum.

 Sini-

Sinite me tacite praeterire veſtras laudes, in quas abunde diffluerem, niſi modeſtia Veſtra deterrerer, ac interim ad Alamanni res geſtas auſcultandas animum mentemque convertite. Valete.

Dabam Florentiae Idibus Decembr. 1791.

BENEVOLO LECTORI.

LUcubratio haec, quam Alamanni Rinuccini nec Elogium, nec Vitam nominare auſim, quum ab utraque denominatione multum diſtare videam, cuique fors obtigit, ut in Academia Florentina ipſo adſtante FERDINANDO III. M. E. D. *pronunciaretur, quo tempore ad illam cohoneſtandam, excitandamque praeſentia ſua tantus Princeps adceſſit, nunc tandem in lucem prodit, Benevole Lector, iis omnibus inſtructa monumentis, quibus Hiſtoriae veritas comprobari ſolet. Exarata fuit eo tantum animo, ut ad quaedam ſuprema capita reducerentur articuli ii, quibus Alamanni Vita circumſcribitur, ad eliminandam confuſionem illam, quae ex inordinata eorumdem diſpoſitione oriri poterat. Ceterum mihi mens minime fuit ſcribere Elogium, vel contexere Vitam, ſed ſolum alios ad huiuſmodi provinciam ſuſcipiendam inflammare, quibus praeſto*

eſſe

eſſe poſſent ea documenta, quae mihi diligentiſſime inveſtiganti Hiſtoriam Litterariam Saeculi XV. adinvenire licuit in Manuſcriptis Codicibus, qui Alamannum aliquo modo reſpicere videntur. Declarato Operis inſtituto editoriſque conſilio abſque ulla mora exordiamur, tuque interea, Lector Benevole, fruere hoc meo quicumque ſit labore, ac vale.

TESTIMONIA

QUORUMDAM AUCTORUM

DE ALAMANNO RINUCCINIO.

AGmen ducat Numiſma quod fuit Alamanno dicatum, quodque rariſſimum eſt nec invenitur in locupletiſſima collectione Mazzucchelliana, quamquam ob ſenſum allegoricum, quem in ſe continet a nobis fuerit explicatum in contextu iuxta probabilitatem illam quam prae ſe ferre videbatur, nil tamen obſtat etiam diverſam pati poſſe interpretationem; ſi praeſertim dicamus id factum eſſe, ut dignoſceretur Alamannum in Rep. regenda conſtanter praetuliſſe rationem hominum auctoritati, quum recte noverit humanas ſententias ad inſtar Chimærae ex unione plurium inter ſe repugnantium partium coaleſcere, quemadmodum de illa cecinit Homerus Iliad. L. VI. v. 179.

Πρόσθε λέων ὄπιθέν δὲ δράκων μέσσηδὲ χίμαιρα

Ante leo, poſt autem draco, media autem capra

cui conſonat Plato eam appellans θηρίον πολυκέφαλον & Horatius „ Bellua multorum es capitum „. Vid. Eraſmi Adagia voci *Chimaera*, ubi pro inconſtantia hominum, vel pro operum inaequalitate, hoc monſtrum a Cicerone fuiſſe uſurpatum concludit.

Epi-

Epiſtola Iuliani Medicei Leonis X. germani fratris Laurentio ſui fratris filio; qui dein Urbini Dux fuit creatus, data die X. Decembris an. 1513. ita ſe habet. Ex Tabul. Medic.

Magnifice Domine & Nepos honorande.

LA caſa de' Rinuccini oltre allo eſſer nobile ha ſempre nello ſtato avuto buone condizioni, e maſſime per la qualità di molti uomini da bene di quella, fra' quali era Alamanno uomo dottiſſimo & amico noſtro e zio di Domenico eſibitore della preſente, giovane coſtumato, di buona fama, e da me molto amato, e capitando quì per altre ſue faccende, mi è parſo accompagnarlo con queſta lettera, e raccomandarlo caldamente alla Magnificenzia voſtra in ogni occorrenza ſua, e in proprietà nella elezione che ſi farà del Conſiglio del Cento, e della Imborſazione, & oltre a farmi coſa grata, la Magnificenza voſtra ad imitazione di Noſtro Signore che lo fece deputare dello Squittino, collocherà il favore, e opera ſua in perſona, che gli farà onore, e ſarà fedele Amico, & a quella mi raccomando &c. Quae bene valeat.

Romae X. Decembris 1513.

Nicolaus Luna Civis Florentinus graece & latine doctus edidit Opuſculum, cui titulus *Enchiridion de aureolis ſententiolis, & morali vita ad Nicolam Medicen*, quod extat MS. inter Codices Magl. membr. in 4. Huic adcedunt quatuor Epiſtolae binae Alamanno Rinuccinio, tertia Andreae Alamanno, quarta vero Leonardo Datho. Altera ex iis, quae Alamanno mittuntur, ſic incipit. Ex Bibl. Strozziana n. 837. in 4.

Nicolaus Luna Alamanno Rinuccino ſal. pl. dicit.

ANimadverti nuper tuis ornatiſſimis, & amantiſſimis literis quamdam inauditam eloquentiam, & divinam; tantam denique in dicendo facilitatem, ut non ſolum huic noſtrae aetati decori, & ornamento eſſe poteris, verum aliquid magnum in poſterum nobis polliceri mihi viſus es, quod probo & gaudeo: quam

qui-

quidem rem ut & ipſe pro tuo in me vetere amore diligentiſſime cures etiam atque etiam abs te peto: nam hac re nihil mihi gratius, nihil iocundius, nihil optabilius tradi poteſt. Tua autem alma virtus, ut morem tibi gererem quadam intima cordis dilectione ſumme compulit, & vehementer plurimum te amo, te facio, cum facile proſpiciam pluris te eſſe quam rebar. Sed quo ſis optime mi Alamanne alacrior, avidiorque ad haec ipſa honeſtiſſima, & perutilliſma ſtudia ineunda firmandaque, haud dubie habeto quod in unaquaque re, ſed praecipue circa humanitatis ſtudia ſemper virtus laudata creſcit; quippe ſordent prima quaeque cum maiora ſperantur: quod profecto notos inter aetate noſtra graecos, latinoſque auctores abunde comperimus. Quae igitur omnia ad haec ipſa ineunda felicia, & honeſtiſſima ſtudia, tuam denique benivolentiam, & affectionem plurimum debent incendere, tuamque non parum virtutis magnitudinem excitare: ſed de his ſatis, nam in optima probatiſſimaque amicitia nimis verbis incumbere ſemper alienum eſſe duxi, cum etiam ad illud, quod tuae cumulum claritatis accendit ſummopere pervenire cupio &c.

Praeter hactenus allata teſtimonia, quae a nemine memorata inveniuntur, extant & alia, quae innuere ſatis erit, ne actum agere videamur.

Franciſcus Philelphus in quadam epiſtola ipſum appellat *eruditiſſimum*.

Landinus in Lib. I. Camald Diſp. inter viros nominat „ qui cum a primis annis vim copiamque dicendi exactiſſima arte, & longa exercitatione conſequuti eſſent, vehementi deinceps ac diuturno ſtudio maximos in philoſophia progreſſus fecerant „.

Io Neſius in Lib. de Moribus ad Petrum Medicem Dial. III. ita ait „ Ego una cum Alamanno Rinuccino amiciſſimo noſtro, ac omni litterarum genere eruditiſſimo relaxandi animi gratia Chartuſium me conferam „.

Franciſcus Bocchius eius elogium contexuit p. 19., quemadmodum

dum

dum & aliud italice ſcriptum legitur inter Elogia virorum illuſtrium apud Allegrinium T. I.

De eo inſuper honorifice loquuntur Ugolinus Verinus L. II. p. 36. & L. III. p. 30.

Scipio Ammiratus Vol. III. p. 222.

Niceronus T. XXX. p. 51.

Apoſtolus Zenus tam in Diario Veneto, quam in Diſſert. Voſſ.

Iulius Nigrius in Script. Flor. Hiſt. p. 8.


Michael Poccìantes in Cat. Script. Flor. p. 3.

Leander Alberti in ſua Italiae Deſcriptione.

Cl. Angelus Bandinius in Spec. Litt. Flor.

Noviſſime vero, aliis omiſſis, Cl. Angelus Fabronius in Hiſt. Piſ. Acad. p. 377. haec habet „ Inter multos, qui debitum illorum virtuti teſtimonium ceperunt, iuvat hoc loco commemorare Alamannum Rinuccinium, qui cum de vere anni 1499. Florentiae obiiſſet, laudatus publice fuit ab humaniorum litterarum magiſtro Marcello Virgilio, conveneruntque omnes Academiae Doctores ad illius exequias concelebrandas, in quibus ſtemma, ceteraque Academiae ipſius ornamenta apparebant. In eo omnia ſumma fuere; generis nobilitas, praeclarum ingenium, multae litterae, officii religio, eloquentia, conſilium, gratia demum & auctoritas, nec umquam intermiſſum utriuſque retinendae ſtudium. Sui tamen conſilii vir, non id ſpectabat in rebus quod vulgo laudaretur, ſed quod e Republica eſſet, ingenti animo faciebat, & libera oratione defendebat. Itaque cum invidiam omnem exiſtimatione atque auctoritate ſuperaſſet, multorum annorum felicitate uſus eſt, & ſuo magis, quam Reipublicae tempore, quae iam iam ad occaſum inclinabat, naturae ceſſit „.

Poſſem hic adnectere ordine Chronologico ſeriem rerum ab Alamanno geſtarum toto ſuae vitae tempore, verum Lector ex monumentis adferendis melius proprio marte deducet.



Nistri del. *Cecchi ſcul.*

DE VITA
ET REBUS GESTIS
ALAMANNI RINUCCINI
COMMENTARIUS.

QUamquam in noſtra iam libera Civitate ſaeculo praeſertim XV. numquam defuerint viri ſapientes omnique litterarum genere exculti, qui Rempublicam optimis inſtitutis & legibus prudentiſſime moderarentur; nullus tamen praeferri poſſe videtur Alamanno Philippi F. Rinuccino, qui ſui temporis decus atque ornamentum, noſtraeque Reipublicae fere ad exitum vergentis praeſidium ac columen iure meritoque poteſt appellari.

Nobiliſſima progenie ortus * Alamannus nihil antiquius habuit quam animum iis ſtudiis ornare, quibus pueritiae & adoleſcentiae ingenuae aetas informari ſolet, adeoque poſt emenſum humaniorum litterarum curriculum ſub optimis inſtitutoribus, ad linguae graecae, & philoſophiae cognitionem ſub Ioanne Argyropylo ** animum appulit, quod ſtu-

* De nobilitate familiae Rinucciniae nihil dicam, ne quod parum dixerim, iure reprehendar. Oritur Alam. Philippi Rinuccini, & Teſſae Nerei Victorii Filiae die 22. Maii an. 1426.

** Ioannes Argyropylus poſt Conſtantinopolim everſam ad Coſmum Medicen confugit Hunc accitum an. 1456. fuiſſe Florentiam magnis ſtipendiis teſtatur Fontius in Annalibus ſuorum temporum, ac decem poſt annos annitente Laurentio Medice Petri F. civitate donatum a Florentinis, docuiſſeque ibi iuventutem ſumma omnium admiratione ad quindecim annos, nempe ad 1471. Poſt hoc tempus videtur petiiſſe Romam, ubi ſumma omnium Ordinum laude graecam linguam una cum Ariſtotelica philoſophia profeſſus eſt, & ubi eum docentem Io. Reuclinus audivit. Verum de tempore quo id contigerit variant auctores, qui aliorum opinionem ſequuntur: at res geſtae Reuclini non melius addiſci poſſunt quam ex iis quae ipſemet nobis ſcripta reliquit in variis ſuorum operum locis, reiectis eiuſdem biographis, qui ſaepe tempora confundentes in multiplices labuntur errores. Teſte igitur eodem Reuclino bis romanum iter ſuſcepit: ſemel quum ab Everhardo Bono Comite Wirtembergenſi conſcribendis epiſtolis adhibitus, ſocius totius peregrinationis fuit electus, id quod contigit an. 1482. aſſerente eodem Reuclino in Praef. Artis Cabaliſticae ad Leonem X. circa diem 21. Martii illius anni ſe ingreſſum eſſe Florentiam, dum ex Germania Romam contenderet. In hoc itinere dum Romae manſit Argyropylum docentem audivit, adeoque tempore Sixti IV. Audiamus ipſum Io. Reuclinum qui in Rud. linguae hebraicae Baſil. 1537. p. 20. ait „ Sicut enim non apud Ionas neque

ſtudium ſic avide arripuit quaſi diuturnam ſitim explere cupiens.

Nemo profecto ignorat quae & quantae referentur opes Philoſophis iis, quibus utramque linguam callentibus nihil incompertum eſſe poteſt quicquid in celebrioribus auctoribus tam graecis quam romanis ſub quibuſdam veluti involucris & latebris deliteſcere dignoſcitur.

Et ſane quid comptius, quid vividius, quid denique facundius fingi aut excogitari poteſt, quam id omne quod ab Alamanni ingenio & mente prodiit, ſive ille epiſtolas, orationeſve omnis generis conſcribat, ſive principes alloquatur viros dum eis proprias dicat lucubrationes, ſive demum cum iiſdem

neque ulla in Graecia, ſed Baſileae primum ab Andronico Contoblaca, deinde Pariſii a Georgio Hermonymo Spartiate, poſt Romae ab Argyropylo Byzantio publice in Vaticano Thucydidem legente Syxto IV. Pontif., ad extremum Florentiae Mediolanique a Demetrio Chalcondyle graecorum linguam fruſtillatim, & quaſi micas de menſa domini cadentes accepi „. Poſtmodum iterum Romam Reuclinus miſſus fuit a Philippo Electore Palatino tamquam ſuus Orator ad Alexandrum VI. quod ipſemet aſſerit in Rud. hebraicis Phorcae an. 1506. in 4. impreſſis, eoque tempore elegantem habuiſſe dicitur orationem coram Pontifice, quae a Io. Henrico Maio Reuclini biographo iterum fertur impreſſa. Quando obierit incertum; hoc tantum ſcimus Romae adhuc fuiſſe menſe Octobri an. 1489. quemadmodum Cl. Ang. Fabronius ex illius Litteris ad Magnificum Laurentium Med. eo anno datis colligit. Vide eius vitam p. 10. in adn.

amice iocetur & ludat *; quum ex iis quae in forulis Bibliothecarum adhuc adſervantur ac immortalitatem quodammodo ſunt conſecuta, ſatis ſuperque pateat Alamannum in re litteraria non umbras & imagines, ſed veram germanamque eloquentiam cum ſtudio ſapientiae coniunctam feliciter fuiſſe aſſecutum.

Quod ſi oculos convertamus ad multiplices latinas interpretationes e graeco idiomate ab eo factas, adeo fideliter ſententias omnes, gravitatem, & vim verborum in romanam transfert linguam, ut non Alamannum ſed ſcriptorem ipſum latine loquentem, nobis ſpectare atque intueri videamur.

Neque mirum ſi ex graecis auctoribus potiſſimum ſuſpiceret, maximiſque efferret laudibus Plutarchum, quum probe noſſet permultos extitiſſe qui omnibus veterum ſcriptis ſi ſit carendum, Plutarcho quam aegerrime cariturос ſe ſunt profeſſi; vel ſi omnes in mare abiiciendi ſint, Plutarchum ſe poſtremo loco ſervaturos affirmarent: vel qui ſolum Plutarchum cum duobus vel tribus aliis perfectae Biblio-

* Ad confirmandam veritatem eorum quae hic afferuntur, ſpecimen aliquod dabimus in *Monumentis* N. I.

bliothecae inſtruendae ſufficere exiſtimarunt *. Quid enim non attigit in ſuis ſcriptis doctiſſimus ille vir, quum nihil quod ad alios erudiendos, atque ad utilitatem & commodum ſocietatis humanae ſpectare poſſet, intentatum reliquerit, ac in ſingulis ita claruit, teſte eodem Alamanno **, ut appareat infinitam pene rerum cognitionem habuiſſe; nam & hiſtoriam copioſiſſime tractavit, & de philoſophia non ſolum, quae ad mores pertinet, ſed naturali etiam uberrime ſcripſit, grammatices quoque & muſices praeclara tradidit documenta, eiuſque diſciplinae uſum a veteribus Poetis ſervatum, & quid variae numerorum iuncturae virium habeant, latiſſime oſtendit.

Praeter Plutarchum, quem admirabatur & diligebat, vitam etiam Apollonii Tyanenſis a Philoſtrato graece conſcriptam latine ſibi

* Conſule Editionem Aug. Bryani Londini an. 1729. vitarum Plutarchi in Praefatione.

De Theodoro Gaza Theſſalonicenſi refertur eum adeo ſingulari erga Plutarchum & eius opera affectum fuiſſe ſtudio, ut plus ſemel affirmaverit poſſe ſe omnibus carere libris ſi modo Plutarchi ſcripta manerent.

** In Epiſtola nuncupatoria Coſmo Medici quae praeit Plutarchi opuſculo ab Alamanno translato quod inſcribitur *Conſolatio ad Apollonium de morte Filii*.

bi omnium primus * interpretandam aſſumpſit, eamque Friderico Feretrano tunc Urbini Comiti dicavit, non modo ab eius Atticae eloquentiae puritate, & a diverſarum rerum iucundiſſima oblectatione, ſed etiam a veteris Philoſophiae Pythagoricae reliquiis, & a monumentis hiſtoricis rerum a Nerone ad Nervam uſque geſtarum, quae inibi continentur, illectus atque vehementiſſime inflammatus.

Hoc vero ſatis grande opus paulo poſt medietatem ſaeculi XV. ad umbilicum perduxit, eo profecto tempore quo claſſicae eruditionis amatores auxiliis omnibus & commodis, quibus haec noſtra aetas ſatis ſuperque abundat, prorſus deſtituebantur.

Non me quidem latet nonnullos nimis ſeveros iudices, & parum aequos rerum aeſtimatores idcirco Alamannum reprehendere, quod indoctis etiam legendum propinaverit Philoſtratum, quem Hierocles ſequutus impie tentarit Apollonium cum Chriſto non mo-

* Non ideo hoc loco dicitur *primus* quod in reliquis quas fecit verſionibus aliquem habuerit qui praeceſſerit: ſed ut intelligatur idem dicendum eſſe de minoribus opuſculis quod dictum eſt de hoc, quod maius opus iure dici poteſt.

modo conferre, ſed ſi diis placet, aequare etiam atque praeferre auſu plane novo, & reliquis Chriſtianiſmi hoſtibus intacto, quaſi piaculum foret communiorem reddere fabellam Apollonii Tyanenſis, quae in oculos omnium incurrit; quum *nil erubeſcit veritas niſi ſolummodo abſcondi*, rectiſſime a Tertulliano dicitur. Quod vero aliqui etiam vel invidia, vel errore ducti aſſerant Alamannum neglexiſſe Philoſtrato Euſebium contra Hieroclem adiungere, vereor ne huiuſmodi hominibus Terentii quadret effatum = Faciunt nae intelligendo ut nihil intelligant = Cum alioquin nullum malum veriti ſint ſanctiſſimi Eccleſiae Patres, qui Philoſtratum ſummis laudibus extulerunt, & quum, quod ſupremum defenſionis caput eſt, nullus codex manu exaratus in hac noſtra Civitate Euſebii contra Hieroclem, quum Apollonii vitam latinam fecit Alamannus, nec apud Magnificum Laur. Medicen reperiretur, nec in ulla alia Florentina Bibliotheca veriſimiliter tunc temporis putaretur extare *. Teſtis luculentiſſimus

eſt

* Idcirco hunc ſuperius adhibui loquendi modum, quod incertus haeream

ex

eſt Zenobius Acciaiolus Dominicanae familiae Alumnus, qui Apologiam pro Alamanno conſcri-

ex quonam graeco exemplo Euſebii contra Hieroclem Florentinus Interpres ſuam adornarit latinam verſionem, quum ipſemet in Operis Praefatione Laurentio Petri Franciſci filio affini ſeu potius conſanguineo ſuo afferat, ſe hunc librum reperiſſe in Bibliotheca gentis Mediceae multa vetuſtate quaſi abolitum; & ex alia parte norim unicum exemplum quod extat in Bibliotheca Laurentiana exſcriptum fuiſſe Venetiis a Presbytero Ioanne Rhoſo Cretenſi die 23. Aprilis an. 1491. eo quod profecto nullum aliud huius auctoris exiſteret: ex quo concludi poſſe videtur an. 1472. quo Alamannus Apollonii vitam ad finem perduxit, aut hoc vetus exemplum eum omnino latuiſſe, aut fuiſſe a gente Medicea poſtero tempore comparatum; niſi forſan repertum fuerit in Bibliotheca Marcia quae a Coſmo & caeteris Mediceae familiae ſucceſſoribus, Dominicanis regularibus fuit uſui tradita, quod quidem ex dicendis inferius in Monumentis patebit.

Caeterum quam fuerit avidus Laurentius conquirendi Libros graecos & latinos qui deerant ſuae Bibliothecae, colligi poteſt ex Epiſtola Angeli Politiani ad eum Venetiis die 20. Iunii an. 1491. ſcripta, quando iam Florentiam veriſimiliter transmiſerat laudatum Euſebium, quam ſubnectere in Monumentis Num. II. ex Tabulario Mediceo lubet, quamque Cl. Fabronius in Vita Laur. Med. p. 284. attulit in Adn.

Ex hac epiſtola, quemadmodum etiam ex aliis multis patet Laurentium nullum non moviſſe lapidem ut propriam Bibliothecam ditaret locupletaretque tum veterum codicum acquiſitione tum exſcriptione eorum quos adipiſci minime poterat, & quibus omnino carebat. Utebatur autem praecipue opera in tranſcribendis antiquis codicibus Io. Rhoſi Cretenſis, in cuius rei teſtimonium adducere poſſum duas ſubſcriptiones in duobus Codicibus Bibl. Laurentianae exiſtentes quae ſic ſe habent.

In fine Euſebii Pamphili contra Hieroclem Librarius haec de ſe memoriae tradidit:

Μετεγράφησαν τὰ παρόντα γράμματα, ἤτοι τοῦ Εὐσεβίου Παμφίλου ἐν Οὐενετίαις διὰ χηρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου πρεσβυτέρου Ῥώσου τοῦ Κρητὸς, χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκέστῷ πρώτῳ μηνὸς Ἀπριλλίου εἰκοστῇ τρίτῃ.

Exarata ſunt haec videlicet Euſebii Pamphili Venetiis manu mei Ioannis

ſcribit, quae etiam indubiis adhuc & certis documentis poſſet uberrime & ex omni parte confirmari *.

Neque eſt arbitrandum Alamannum nobiliores tantum diſciplinas, hiſtoriam, geographiam, omnemque rem philoſophicam coluiſſe; liberales autem artes & facultates, picturam, ſculpturam, architectonicen, quae pariter cum omni cultiori litteratura primum in hanc noſtram Civitatem quaſi poſtliminio revocatae & reſtitutae fuerunt, vix a primo limine ſalutaſſe; quinimmo etiam in iis ingenuis artibus ita praeſtitiſſe certiſſimum eſt, ut non cognoviſſe ſolum, ſed eas exercuiſ-

nis Presbyteri Rhoſi Cretenſis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo primo menſe Aprili die vigeſima tertia.

Pariter idem Librarius uno eodemque volumine Athenagoram de Reſurrectione & Stephanum de urbibus Laurentii Medices iuſſu deſcripſit quae duo in eadem Bibl. aſſervantur ubi haec leguntur:

Ἡ βίβλος αὕτη μετεγράφη ἐνετίαις ἀναλώμασι μὲν τοῦ μεγίστου κυρίου ἡμετέρου κυρίου Λαυρεντίου δὶ Μέδιτζε. χειρὶ δὲ Ἰωάννου πρεσβυτέρου ῥώσου τοῦ Κρητὸς ἔτη ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ δευτέρῳ. μηνὸς μαρτίου τριακ. πρώτη. Liber hic ſcriptus eſt Venetiis ſumptibus Magnifici Domini noſtri D. Laurentii de Medicis: Manu vero Ioannis Rhoſi Presbyteri Cretenſis anno a Chriſti nativitate 1492. menſis Martii trigeſima prima.

Ioannes igitur Rhoſus Calligraphi munus exercuit in plurimis Italiae urbibus & praeſertim Venetiis. (V. Montfaucon Palaeogr. Graec. Lib. I. c. 7.) & anno 1492. adhuc vivebat.

* V. Mon. inferius poſita N. III.

ſe toto vitae curriculo videretur. Adferatur in medium * Praefatio illa Philoſtrato praepoſita, quam nullibi typis impreſſam me legiſſe recordor: in ea ſiquidem ſic graphice deſcribuntur nobiliores artes, adeo vivide exprimitur quidquid in ſingulis excellentius eſt, adeo ad amuſſim expenduntur ſecretiora penetralia ingenuae cuiuslibet facultatis; ut quivis profecto, ſic elaboratam non confici poſſe orationem, niſi ab illo, qui in iiſdem ſit apprime verſatus, facile iudicaverit.

Hiſce praeſidiis atque ornamentis inſtructus Alamannus ad regimen Magiſtratuum Reipublicae noſtrae adceſſit; in ea ſiquidem per omnes honorum gradus adlectus, ad eum qui ſupremus habetur (Iuſtitiae Vexilliferum appellant) adſcendiſſet, niſi leges & conſuetudines duos germanos fratres ſummum componere & conſtituere eodem tempore Magiſtratum vetaſſent: quibus in muneribus ita ſe geſſit, ut fidem, prudentiam, conſtantiam, integritatemque ſervando, nullo nec favore nec odio ab iuſtitiae ſemita & Patriae commodis & utilitate declinarit. Dies me pro-

* Haec Praefatio legi poteſt in Mon. N. IIII.

profecto deficeret, ſi vel leviter attingere vellem quoties in Provinciis Praetoris dignitate fuit inſignitus, quoties ad ſenatorium honorem, quem Prioratum vocabant, evectus: quae munia, quamvis leviſſima nulliuſque nunc roboris eſſe videantur, maximi tamen momenti, habita ratione & temporis & formae noſtri regiminis eſſe apparebunt.

Illud vero ſilentio praeterire nequeo, Alamannum Reipublicae Florentinae multis diuturniſque bellis concuſſae prudentia & conſilio ita profuiſſe; ut difficillimis temporibus in *Decemvirum Libertatis & Pacis* ſibi allicere optimum iudicaret, ac veluti eius opis indiga ad illius auxilium implorandum confugeret, perinde ac ſperaret ſe poſſe in eo portum malorum ſuorum aliquem adinvenire *.

Quid autem egerit foris non opus eſt me commemorando tempus inſumere. Cogitate modo, atque memoria vetera repetentes ante oculos vobis ponite celebrem illam legationem, qua pro Florentinis Alamannus eſt functus, quum una cum Venetorum, & Du-

* V. Scip. Ammiratum Lib. XXVI. p. 222.

cis Mediolanenſium Oratoribus, Sixtum IV. Pontificem Maximum adiit, ut ab Eo intelligeret quid facto opus eſſet a tribus inter ſe foederatis Italiae Principibus ad ferenda opportune auxilia Mathiae Pannoniae Regi, ut profligato Turcarum Imperatore tandem aliquando Chriſtiana Reſpublica calamitoſis illis temporibus poſſet reſpirare, idque Florentino Senatui referret: quae Legatio tantam peperit gloriam Alamanno, ut capta hac occaſione permulta alia graviſſima negocia ſuae cognitae fidei & integritati prudentiſſime committerentur *.

Unum

* Quum nullus eorum quos viderim, qui de Alamanno verba fecerit, meminerit hanc ad Sixtum IV. Legationem Florentinorum nomine obitam, lubet totam hanc rem a ſuo principio exordiri. Quum Sixtus IV. cogitaret, niſi ſuppetiae Hungariae Regi ferrentur contra Turcas, futurum fuiſſe ut res Chriſtiani nominis in deterius abirent, accerſendos ad ſe iuſſit Oratores Venetorum, Mediolanenſium, & Reip. Florentinae, qui foedus inter ſe ferierant; ut collatis Conſiliis decerneretur quid quilibet eorum tribuere poſſet pro bello contra inimicos Fidei gerendo. Florentini igitur Alamannum elegerunt ut una cum Oratore Veneto, & Mediolanenſi Romam peteret ad hoc tam grave negotium peragendum. Hac opportunitate utentes Florentini permulta alia magni momenti ei committunt, ut ex Epiſtolis quae in Tabulario (quod Reformationum dicitur) erui poteſt; in quo tamen cum deſint eae, quas Alamannus Reipublicae ſcribebat, ex hac parte quaſi dimidiata huiuſmodi legatio eſt cenſenda. Inter caetera quae ei mandantur unum hoc ſpeciminis loco eſſe poteſt. Quum Floren-

Unum adhuc dicendum reſtat de vita quam in publica commoda Alamannus impen-

rentini per certos ſuos nuncios intellexiſſent Ducem Mediolani velle exorare Sixtum Pontificem, ut Apoſtolica auctoritate Eccleſia Pontremulenſis, quae ſuae ditionis erat, in Cathedralem erigeretur, acceſſione ei facta totius Dioeceſis Lunenſis, quae imperio Florentinorum parebat, quaeque iamdiu Sarzanenſi unita fuerat: in mandatis dederunt Alamanno, ut huic omnino obſiſteret erectioni, atque uti in hac re & conſilium, & auxilium adhiberet tum Cardinalis Bononienſis, tum Epiſcopi Lunenſis qui praeſto ei eſſe poterant ad hoc a Summo Pontifice impetrandum: quae res ad optatum exitum feliciter perducta eſt dexteritate Alamanni.

Silentio praetereo alia negocia, quae tempore ſuae morae, quam Romae traxit, ab Eo geſta ſunt, quum ibi manſerit ſeptem integros menſes; non enim ad rem noſtram ea facere videntur.

Animadvertendum tamen eſt ab an. 1452. Alamannum dum admodum eſſet adoleſcens aſſumptum fuiſſe tamquam ſocium itineris ab Iannoctio Manetto dum Legatus miſſus fuit Romam cum Bernardo Iunio, & Carolo Pandulfino, ut Imperatorem Fridericum III. comitarentur duplicem Caeſaream Coronam a Nicolao V. Pon. Max. recepturum, cuius rei eumdem Alamannum teſtem locupletiſſimum habemus, qui in domeſtico Codice *Prioriſta* (de quo in Monum.) hoc idem propria manu notat; ubi quum nonnulla legantur non admodum obvia, & quae reſpectu ad Caeſaris per Florentiam tranſitum a pleriſq. ſcriptoribus omittuntur: lubet eadem referre iiſdem verbis, quae habentur in Codice ut ſequuntur.

„ A dì 30. di Gennaio 1452. entrò in Firenze a ore 22. e mezzo Federigo III. Imperatore, il quale andò a coronarſi a Roma, e menò ſeco circa a 3000. Cavalli, ed alcuni Signori e Baroni: per tutto il noſtro terreno fu fatta la ſpeſa a Lui ed a tutta la Compagnìa, per modo che coſtò al Comune circa Fiorini 20000. Circa a 60. Cittadini e Cavalieri e altri Maggiori andarongli incontro inſino a Vaglia diſtante di quì 9. miglia, e quando giunſe alla Porta a S. Gallo gli andarono incontro i Signori, i Collegi, e tutti gli altri Uffici principali, il noſtro Arciveſcovo con la Proceſſione, e grande Chericierìa, e venne ſotto il baldac-

pendendam ſuſcepit, antequam orationis vela contraham. Quum poſt obitum Leonardi Arre-

dacchino; i noſtri Signori intorno alla briglia a piè, e ſmontò a S. Maria Novella, e gli fu fatto grandiſſimo onore.

„ A dì 2. Febbraio 1452. il detto Imperatore eſſendo venuto alla Meſſa ſolenne in S. Maria del Fiore fece quattro Cavalieri.

„ A dì 6. Febbraio 1452. in Domenica partì di Firenze per andare a Roma a pigliare la Corona il detto Imperatore a ore 18. e mezzo, e fugli fatto ſimilmente grandiſſimo onore, e gli fecero compagnìa inſino alla Porta di S. Piero Gattolini i Signori e Collegi e gli altri Uffici principali ſanza l'Arciveſcovo, e la Proceſſione, e andò ſotto il baldacchino Lui ſolo, e da lato lo miſero in mezzo due Cardinali, che vennono da Roma Legati, e ſimilmente furono fatte le ſpeſe a Lui, ed a tutta la ſua compagnìa per tutto il noſtro terreno, e mandati in ſua compagnìa Ambaſciatori inſino a Roma, che furono queſti Meſ. Bernardo di Filippo Giugni, Meſ. Carlo d'Agnolo di Ser Giovanni, Giannozzo di Bernardo Manetti, in cui compagnìa andai io Alamanno di Filippo Rinuccini, e però ho fatto queſta giunta di mia mano queſto dì 4. Gennaio 1494.

„ A dì 16. Marzo 1452. fu coronato in Roma dal Papa Niccolò V. il detto Imperatore della Corona della Paglia, perchè non l'aveva prima preſa in Aleſſandria della Paglia, e fuvvi diſputa aſſai, perchè gli Ambaſciatori del Duca di Milano contradicevano. Dipoi a dì 19. di Marzo detto fu coronato pure in Roma il detto Imperatore dal Papa della Corona dell'Oro „.

Verum de Legatione Alamanni ad Sixtum IV. quae eruitur ex Codice 66. proviſionum Reipublicae Florentinae uberius in Monumentis N. V. loquemur. Interea ſubiiciemus quae menſibus Novembris & Decembris an. 1475. in laudato *Prioriſta* idem Alamannus adnotat: „ Al tempo di queſti Signori Io Alamanno di Filippo Rinuccini fui mandato Imbaſciatore a Roma a Papa Siſto IIII. inſieme con Meſ. Agoſtino Roſſo Imbaſciatore del Duca di Milano e di Meſ. Ant. Donato Imbaſciatore della Signorìa di Vinegia e partii di Firenze a dì 27. di Novembre e ſtetti fuori meſi 7. a praticare certo provvedimento di danari per mandare in Ungheria a ſuſſidio del Re d'Ungheria contro al Turco „.

Arretini, & Caroli Marſuppini vereretur ne Urbs Florentia in Adoleſcentium inſtitutione ad interitum rueret, non modo auctor fuit, ut domi ſuae invitatis & adlectis nonnullis egregiae indolis & acuti ingenii viris, Academia humaniorum litterarum erigeretur, ubi iuventus in ſtudiis liberali homine dignis poſſet exerceri; ſed etiam quum actum eſſet in Senatu, ut in Gymnaſio Florentino duo tantum deſtinarentur eloquentiae Profeſſores, reliquis aliarum facultatum abrogatis, ipſe non tantum in contrariam ivit ſententiam, ſed firmo, atque conſtanti animo propoſuit, ne litterae fere ſemiſopitae ac languentes penitus extinguerentur, ac prorſus deficerent ob inopiam illuſtrium eloquio & fama virorum, exteros Magiſtros accerſendos fore, quamvis Poggius ipſe, qui plurimum auctoritate pollebat, de hac re ab Alamanno diſſentiret *.

Ob

* Plurima extant documenta, quae hanc rem demonſtrant. In Cod. Strozziano 595. in f. nonnullae leguntur Epiſtolae, quae rem ipſam in clariſſima luce collocant.

Quum nonnulli Florentini Cives, inter quos Alamannus Rinuccinus primus cenſebatur, viderent orbitatem litterarum, quae tam ex obitu Leonardi Arretini iam ab aliquo anno vita defuncti, quam ex interitu Caroli Marſuppini, modo e vivis ſublati, oriebatur; quumque ſerio cogitarent id efficere, ne humanio-

rum

Ob ardentiſſimum igitur, ut ita dicam, impetum, quo in litteras ferebatur, ob robur

rum litterarum ſtudia deficerent, ac penitus corruerent; Academiam quamdam erigendam eſſe cenſuerunt. Quam ardenter amarit Alamannus huiuſmodi Academica experimenta certiſſimum habemus teſtem Chriſtophorum Landinum in Lib. I. Camaldulenſium diſputationum, qui Alamannum inter eos enumerat „ qui quum a primis annis vim copiamque dicendi exactiſſima arte, & longa exercitatione conſecuti eſſent, vehementi deinceps ac diuturno ſtudio maximos in philoſophia progreſſus fecerant „. Et in Tractatu *De vera nobilitate*, quem Laurentio Med. dicavit, nominat inter Auditores Argyropyli Petrum & Donatum Acciaioli, & Alamannum Rinuccinum „ qui cum iamdiu dicendi artificio, adſiduiſque declamationibus haud mediocri eloquentia ornati eſſent, ſummo deinceps ſtudio ſeſe in philoſophia Argyropulo erudiendos tradiderant, tantumque in ea profecerant, ut iam non obſcurum apud ſuos eorum nomen eſſet „.

Haec Academia excitata fuit Florentiae curante Alamanno, ut exercerentur ingenia iuvenum in arte dicendi, quae in Rinuccinorum domo ſtatis diebus coibat, quaeque identidem edebat quæ intra domeſticos parietes, & umbratili exercitatione maximo cum plauſu excepta fuerant. Huius generis eſt Oratio ab Alamanno Rinuccino in creatione Calliſti III. Pontificis Maximi anni 1455. facta. Oratores, qui a Rep. Flor. deſtinati fuerunt in Promotione huius Pontificis ut eidem Florentinorum nomine gratularentur, fuerunt Dominus Antoninus Archiepiſcopus Flor. qui orationem habuit, quae in eius Operibus publici iuris extat, Iannoctus Pandolfini, Ottho Niccolini, Antonius Ridolfi, & Iohannes Medices, ut habetur in inſtructione eis data XIV. die menſis Maii eiuſdem anni: In Cod. 94. Gaddiano in 4. habetur Oratio haec Alamanni, quam mox ſubiiciemus, ſimulque adferemus eas epiſtolas, quae inſtitutionem hanc clariſſime ſuadent in Mon. N. VI.

Ne aliquid omittere videar quod ad hiſtoriam hanc illuſtrandam inſervit, notandum eſt Scriptores pleroſque opinari litterarios coetus, qui in domo Cardinalis Beſſarionis Romae conveniebant, ortum dediſſe Academiis quae poſtmodum & Romae & alibi inſtitutae & celebratae ſunt. Si id verum eſt, fatendum Rinuccinianam Academiam inter Principes eſſe computandam.

bur firmitatemque animi, qua mediocritatem in litteris averſabatur & oderat, factum eſt, ut quum Laurentius Petri Senioris Filius Medices, qui primas in noſtra Republica tenebat, & cui quam maxime cordi erat omne id, quod ad animi cultum & ſcientiam ſpectabat, arbitraretur nulla meliori via poſſe acquiri ſapientiam, quam ſi e tenebris ad novam potioremque vitam revocaretur Piſis iam intermortua Academia, ſtatim animum mentemque convertit ad Alamannum, qui unus eſſet e quinqueviris, quibus univerſa cura & regimen huius inſtitutionis a ſe factae demandaretur.

Sinite quaeſo in hoc novo expoliendo munere, quod ſumma fide & ſedulitate explevit, me nonnihil immorari, ut intelligant omnes egregium praeclarumque Civem non ſuam gloriam, ſed Patriae decus, atque utilitatem tantum prae oculis habuiſſe.

Academiae Piſanae quinqueviri, qui & *Officiales Studii* vocabantur, quique tam illi quae Piſis, quam quae Florentiae ſuperſtes erat, conſulebant; latiſſimam habebant poteſtatem non ſolum minores adminiſtros, ſed e-

tiam Praefectum eligendi, qui pecuniae erogandae, rerumque gerendarum curam ſuſciperet*. Maxima vero quinquevirûm ſollicitudo in eo ſita cenſebatur, ut ad illam celebriores Magiſtros tam in Medicina quam in Iuriſprudentia, & in divinarum rerum peritia allicerent atque pertraherent; id quod omnino factum fuiſſe ſatis ſuperque apparebit ex illuſtribus illis viris, qui in utraque Academia poſtmodum docuerunt, & ob quos traducendos nullis ſumptibus, nulliſque laboribus quinqueviri pepercerunt, quum praeſertim eo tempore Profeſſores non perpetui, ut noſtra tempeſtate uſuvenit, ſed temporarii eſſe conſueviſſent, atque ab illuſtrioribus plerumque acciti totius Italiae Cathedris: qua quidem in re quanta cura adhibenda foret nemo eſt qui non videat.

Mihi videor videre Alamannum inſigniorum Italiae Gymnaſiorum Catalogos ſibi comparaſſe, e quibus audientium docentiumque numerus, & auctoritas innoteſceret, quod ſolum per amicorum epiſtolas ea aetate fieri poterat; & ad ſeveriorem trutinam omnia ex-

* V. Cl. Fabronium in Vita Laur. p. 49.

expendentem, ut famigeratos quoſque ſeligeret, & ſolum quum optima conductio facta foret, tranquille conquieſcentem.

Suo vero muneri Alamannum pleniſſime ſatisfeciſſe oſtendi poteſt ex eo quod a prima Academiae Piſanae reparatione ad exitum uſque vitae per intervalla (quod de nullo alio factum eſſe dicitur) hanc provinciam adminiſtraverit. Huiuſce rei veritas evidentiſſime comprobatur ex multis membranis indubiam fidem facientibus, quae totidem continent mutuas legitimas obligationes a prima epocha reſtauratae Academiae, quarum vi Alamannus varios Magiſtros conducit ad publice docendum Piſis; & ex decreto Collegii quinquevirûm, quo ſtatutum fuit iuſta perſolvi tanto viro, ſtatim ac ex hac mortali vita migravit, habita funebri oratione a Marcello Virgilio, ut iuvenes ad eiuſdem ſequendam ſemitam, cuius laudes auſcultabant, inflammarentur *. Omitto infinita alia commo-

 da,

* Quum in Archiv. Diplomatico, quod Florentiae extat, nonnullae membranae ſpectantes ad conductiones Profeſſorum Academiae Piſanae ab eius prima reſtauratione ſerventur: lubet in Mon. N. VII. eaſdem recenſere, quum pleraeque ad tempus illud pertineant, quo Ala-

da, quae ab Eo in humanam ſocietatem late dimanarunt; incredibili enim ſemper amore proſecutus eſt iuvenes acuto praeditos ingenio, praeſtantique indole ad ea capeſſenda ſtudia, quae ingenui viri ſunt propria, eoſque omni ratione & modo rogabat, hortabatur, monebat, ut nobiliſſimarum artium cauſam patrociniumque ſuſciperent, nec ſinerent animam hominis ad Deum Optimum Maximum reſque creatas contemplandas datam atque conceſſam, otio diffluere, neve brutorum more ab ignorantia ſe ſinerent opprimi; prae caeteris autem illos fovebat, alliciebat, iuvabat, quos Patriae gloriam fuiſſe allaturos ſperabat. O fortunata tempora in quibus noſtra Reſpublica tales viros genuit & aluit, qui ad ea colenda ſtudia paratiſſimos ſeſe oſtenderent, quae, teſte Tullio „ adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, adverſis perſugium ac ſolatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur „: quum veriſ-

Alamannus *Officialis ſtudii* fuiſſe dicitur, quum anno 1473. eſſe coeperit, dein per intervalla idem perſaepe munus obierit, ac in eo ad mortem uſque continuaverit.

riſſima ſit Platonis ſententia, perbeatas fore Reſpublicas, quas ſapientes moderentur & regant. Iure igitur optimo in grati animi ſignum Numiſma Alamanno fuit cuſum repraeſentans ex una parte Ipſius effigiem, ex altera Chimaeram cum Epigraphe HUMANA CUNCTA SIC VANA, ut intelligeretur, Alamannum conſilia omnia in Rep. regenda, niſi ad ſupremum Numen dirigerentur, nihili eſſe aeſtimanda, recte putaſſe.

Haec de vita publica Alamanni dicta ſint ſatis. Quod ad privatam vivendi conſuetudinem attinet, Alamannus quum eſſet inter ſuos fratres natu maior, magis iuvandae Patriae quam libidinis explendae cauſa matrimonio iungitur cum Liſa Becti Capponi filia, ex qua tres liberos ſuſcepit, marem unum nomine Philippum, & feminas duas, quarum altera Nereo Pepio Cyriaci, altera Lando Tanagli Ioannis, filiis fauſtiſſime nupſit. Mas in ipſo aetatis flore decedens omnem eripuit Alamanno ſpem ex illo videndi prolem; qui tamen filios ex minoribus fratribus prognatos iam ſenex aſpe-

xit.

pexit * . Amicitias doctorum virorum tam noſtratium quam exterorum impenſe coluit. Carus fuit Poggio Bracciolino, a quo in Romana Litteratura inſtitutus fuiſſe fertur; carus Ioanni Argyropylo, a quo eruditionem omnem graecanicam praeter Philoſophiam didicit; Cariſſimus Coſmo Medici, Petro Filio, & Laurentio Nepoti cum quibus familiariter vixit; acceptiſſimus denique Principibus viris & bonis omnibus, qui ipſum in funere lacrimis ſunt proſequuti **. Aſt Alamanno nihil ſanctius fuit quam Patriae caritas, quam unice amabat ac quodammodo deperibat ***. Animadvertendum tamen eſt a gloriae cupiditate fuiſſe alieniſſimum, neminem vero, neque elatum ob potentiorum amicitias, neque deiectum quod vel errore vel voluntate aliis propriae lucubrationes fuerint attributae, conſpexiſſe: quinimo dolendum eſt, eum ita gloriam contempſiſſe, ut nec Epiſtolas a doctis viris Ei redditas, & a ſe

* Vide Monum. N. VIII.

** Vide Monum. N. VIIII.

*** Quanto amore flagraret in Patriam pro cuius libertate ſervanda nullum non movit lapidem, evidenter apparet ex animadverſionibus illis, quas domeſtico, quem dicunt, *Prioriſtae* ſecundum ſeriem temporum adiungere Alamanno placuit.

ſe ſcriptas umquam collegerit, publicaritve; quemadmodum & Plinius iunior, Franciſcus Petrarcha, Cardinalis Papienſis, Poggius & innumeri alii fecerunt, nec ſuos litterarios labores typographiae ope imprimendos eſſe curaverit, licet abſque huiuſmodi remedio ab edacitate temporis conſumendos fore dignoſceret *.

Hiſce

* Id demonſtrari poteſt ex vitae ratione, quam perpetuo Alamannus ſervavit. Nam quum Ioannes Antonius Campanus celeberrimus litterarum cultor, qui typographiae romanae Udalrici Galli praeerat, verſiones latinas vitarum Plutarchi a variis auctoribus confectas in unum colligere, ac publici iuris facere ſtatuerit, eaſdem huc illuc diſperſas undique conquiſivit, ac in indice in principio Operis unicuique vitae ſuum auctorem adponere curavit: verum erravit Campanus tum in adſignandis vitarum Plutarchi interpretibus, quorum nonnullos etiam omnino praeteriit, tum in iiſdem vitis recenſendis; quum encomium Ageſilai a Xenophonte ſcriptum nobis obtrudat pro eiuſdem vita, quae Plutarchi eſt. Inſuper verſio Encomii Antonio Tudertino tribuitur, cuius etiam nuncupatoria epiſtola affertur, ex qua tamen patenter dignoſcitur eſſe Guarini Veronenſis & a Guarino iuniore inſcribi Hermolao Barbaro, qui a ſede Tarviſii ad Veronenſem an. 1453. eſt translatus, quique diſcipulus fuit Guarini ſenioris: quae omnia expreſſe ex eadem epiſtola eruuntur, quamvis eorumdem a Campano minima habeatur ratio. Omitto reliqua ſphalmata, non enim ad inſtitutum noſtrum facere videntur.

Franciſcus Philelphus de hac Campani oſcitantia iure queritur in epiſtola ad Epiſcopum Alerienſem an. 1471. die 20. Octobris, quemadmodum & multi alii: hinc in editione Nicolai Ienſon Praefatio omittitur, ſed reliqua intacta remanent. Non ſum equidem neſcius Michaelem Fernum conari omni liberare culpa Campanum, quod afferat an. 1471. quo editionem factam eſſe autumat ab Ur-

be

Hiſce virtutibus ornatus Alamannus nil mirum ſi Religione in Deum, pietate in homi-

be abfuiſſe iuſſu Pauli II. quum eo anno conventui Ratiſponenſi interfuerit: at Cel. Audiffredus in Catal. Rom. edit. ſaec. XV. p. 35., qui impreſſionem refert ad an. 1470. non eum excuſat, quum dicat: „ Praeterea Campanus ex Urbe non diſceſſit, niſi XV. Kal. Aprilis, uti narrat Auguſtinus Patricius itineris Comes apud Raynaldum ad hunc annum N. IV. Ergo per duos & amplius menſes anni 1471. officinae Udalrici curam gerere potuit „. Alamannus autem minime queſtus eſt, eo quod Campanus eum omnino praeterierit, contentus poſt ea quae de hac re dixerat Friderico Comiti Feretrano in Praefatione Philoſtrati in teſtimonium veritatis, in exemplo romano domeſticae Bibliothecae principis editionis Vitarum Plutarchi, id quod ſequitur in margine adnotare: „ Traducta eſt vita Agidis & Cleomenis, quae in hoc volumine continetur non per Antonium Tudertinum, ſicut multi Libri falſo inſcriptum habent, ſed per Alamannum Rinuccinum Philippi Filium, qui etiam praeter hanc vitam tranſtulit vitam Niciae Athenienſis, vitam M. Craſſi, quae vel invidia vel errore a Guarino traductae inſcribuntur. Tranſtulit etiam Ageſilai Lacedemonii Regis vitam a Plutarcho ſcriptam; nam quae a Xenophonte de eodem Ageſilao ſcribitur vita ab alio traducta eſt; ſed Ageſilai a Plutarcho ſcriptam tranſtuli ego Alamannus Rinuccinus, ut ſupra dictum eſt, & Ego idem pro veritatis teſtimonio haec ipſa conſcripſi die XII. Iunii 1484. „.

Praeterea quum eodem fere tempore, quamvis paulo aetate anterior floruerit quidam Renutius ſive Rinuccius Caſtilionenſis Secretarius Apoſtolicus, quem nonnulli Arretinum, nonnulli Florentinum appellant, cuius nomen diverſimode prolatum ab eruditis, inter quos a Cel. Angelo Maria Cardinale Quirino; ex mera nominis ſimilitudine, quae ab Alamanno ex graeco in latinum ſunt translata, Rinutio; quae vero ab hoc, illi tribuuntur. Latine reddidit e. g. Rinutius, praeter fabellas Aeſopicas, epiſtolas Bruti & Hyppocratis, quas Nicolao V. dicavit: has in Catalogo de la Valiere T. II. N. 744., forte a Maittaire inſtructus auctor, Alamanno noſtro adiudicat; contra vero Opuſculum Plutarchi *de Virtute Mulierum*, ſive *de Claris Mulieri-*

mines, reliquiſque animi dotibus, quae Chriſtianum hominem decent, fuerit conſpicuus. Si hanc Spartam modo ornandam aggrederer, plura poſſem in medium afferre argumenta, quibus haec veritas demonſtraretur, quae id ipſum teſtantur: verum ſatis erit ſi dicamus non iis ſolummodo contentum fuiſſe pietatis & Religionis operibus, quae a caeteris piis hominibus interdiu exerceri ſolent in publicis Templis, ſed noctu etiam ad imitationem & normam priorum Chriſtifidelium ſaeculorum Aſceteria frequentaſſe, ibique ad populum nonnumquam conciones habuiſſe, praeſertim in ſolemnioribus feſtivitatibus, quae ab Eccleſia celebrantur. Teſtimonii loco eſſe poteſt una tantum Oratio habita in ſodalitate, quam *Magorum* appellabant *, feria V. in Coena Domini,

lieribus, quod ab Alamanno verſum eſt, cuidam Alamanno Ranutino adſcriptum in quibuſdam editionibus repperi.

* Societas Magorum Florentiae eo tempore erat Hethaeria ad S. Marci Dominicanorum ſub trium Magorum, poſtmodum alio translata ſub S. Pauli invocatione; in qua plurimi coibant ad laudes Deo perſolvendas, Cl. Bandinus T. II. Specim. p. 159. not. 4. ita ait: „ In Calce orationis cuiuſdam in Societate Magorum habitae a Landino, quae MS. apud Ambroſios adſervatur, manu non ita vetuſta haec notantur „. Nota, come la Compagnìa de' Magi

in qua de Inſtitutione Euchariſtiae Sacramenti ita loquitur, ut ſcientiam omnem Theologicam eiuſque arcana myſteria in viſceribus medulliſque condidiſſe videatur.

Tandem ſeptuageſimo tertio aetatis ſuae anno vitam cum morte commutavit; ac ſole-

oggi disfatta era la medeſima Sagreſtìa oggi di S. Marco, nella quale ancora vi ſi conſerva la Tavola dell' Altare, che è l' Iſtoria dei Magi, Compagnìa in que' tempi di concorſo, e di grandiſſima nobiltà fiorita „.

Tota domus Medicea adſcripta erat huic Societati. Memini me vidiſſe Conſtitutiones reſtitutas an. 1472. XII. Kal. Decembris, quo tempore praeerat Magnificus Laurentius, quaeque adſervantur in Tabulario Patrimonii Eccleſiaſtici. Ibi igitur poſt decimam Conſtitutionem manu autographa legitur.

Io Lorenzo de' Medici al preſente Governatore della Compagnìa di Sancto Pavolo dico queſti eſſere e Capitoli che mi furono rimeſſi.

Io Franceſco d' Ant. di Franceſco Miniatore dico ſimilmente.

Io Gentile Becchi dico ſimilmente.

Io Bernardo Buongirolami dico queſto medeſimo.

Et revera teſte Cl. Fabronio in Vita Laur. p. 5. „ Laurentius Magnificus cum Gentili Urbinate praeceptore ſuo celeberrima urbis templa obibat, & noctu etiam frequentabat S. Pauli ſodalitium quo plurimi conveniebant „. Immo Iulianus eius frater anno, quo a Coniuratoribus fuit occiſus, praeerat eidem Societati; quum enim dicatur a Politiano oculato teſte in Commentario Coniurationis Pactianae: „ Funus Iuliano magnifice ductum, & iuſta manibus in Divi Laurentii templo perſoluta, additur in Notis ab Editore Ioanne Adimario „. Alibi & iuſta perſoluta ſunt, praeſertim in ſaeculari Societate Magorum Divi Pauli nuncupata, quae coadunabatur in Eccleſia Sancti Marci ad Praedicatores, cuius Societatis Iulianus tunc temporis Gubernator exiſtebat „. In MS. adſervato in Tabulario Patr. Eccl. ubi extat Catalogus eorum, qui Societati Magorum ſunt adſcripti, inter caeteros legitur

Prete Gentile di Giorgio de' Becchi da Urbino entrato a dì primo Settembre 1453.

Vide Monum. N. X.

lemnibus exequiis cum ſunebri laudatione, reliquiſque debitis honoribus perſolutis, non ſine lacrimis Patriae, Parentum, Amicorum, Academiae tam Piſanae quam Florentinae, eius Corpus in Sepulcro ſuorum Maiorum, quod ad Sanctae Crucis in gentilitia aedicula extat, in ſpem Beatae Reſurrectionis, reconditur *.

Accipe igitur hoc qualecumque mei in Te monumentum & pignus amoris, ſuaviſſime Alamanne, aeternum vale, ac fruere perenni illa fama, quam innumeris laboribus, aerumnis, ſudoribus, vigiliis adeptus es, dum nos interea te tamquam egregium exemplar ad imitandum propoſitum ſemper ob oculos habere poſſe gloriabimur.

F I N I S.

* V. Monum. N. XI.

MONUMENTA.

APPENDIX MONUMENTORUM

AD VITAM

ALAMANNI RINUCCINI

SPECTANTIUM

EX CODD. MSS. PLERUMQUE DESCRIPTORUM, SERVATA EORUMDEM ORTHOGRAPHIA.

EX multis Documentis, quae afferri poſſent ad id quod dicimus demonſtrandum, tria tantum ſeligemus: ac primo inſpiciatur Epiſtola, quam Alamannus duodeviginti annos natus ſcribit Ioanni Medici Coſmae filio, qua eum certiorem facit de morte Leonardi Arretini, qui deceſſit pridie quam illa ſcripta fuerit.

Secundo Epiſtola nuncupatoria qua Coſmae Medici inſcribit Opuſculum Plutarchi *De Conſolatione ad Apollonium* ad minuendum dolorem in funere filii ſui Ioannis.

Tertio dum mittit ad Magnificum Laurentium ex Florentiola (quum ibi eſſet Praetor) munuſculum leporinum. Incipiamus a prima eruta ex Archiv. Medic. Filz. VIIII.

I.

Ioanni Medice Alamannus Rinuccinus Philippi Filius S. P. D.

ETsi non dubitabam multorum literas & Nuntios, famam denique ipſam ſua celeritate hanc Epiſtolam ſuperaturam : nihilominus mutua benevolentia noſtra dignum eſſe exiſtimavi me quoque ad te aliquid ſcribere de Eo, qui pridie quam haec ſcripſi vita defunctus eſt. Sed cum ſaepius haec ipſa quae nunc ad te mitto literis mandare cepiſſem tanta vis oboriebatur lacrimarum, ut ſcripta omnia deleret, atque expungeret:

Non

Non enim poteram non vehementer moveri, cum tantas ac tam immortalitate digniſſimas virtutes tam ſubito ex oculis ſublatas animadverterem: quae non modo ſibi ipſi, ſed amicis omnibus ac civitati univerſae decori, atque praeſidio ſummo eſſe videbantur. Quis enim umquam maioris ſtudii, aut benevolentiae in omnes fuit notos pariter atque incognitos? Quis erga familiares humanior? Quis in amicis conſilio, opera, atque induſtria iuvandis ſtudioſior? Quis in comunibus Patriae utilitatibus providendis diligentior? Quis denique omni virtutum & ſcientiarum genere clarior, atque illuſtrior? ut profecto inter priſcos illos & vetuſtiſſimos Romanos connumerandus appareat. Cuius admirabiles ac praeclariſſimas virtutes ad praeſens enumerare non eſt animus, tum quod ſciam eſſe non incognitas, tum etiam ne illarum magnitudini, atque ſplendori ingenii mei officiat imbecillitas. Itaque ut caetera omittam eius animi magnitudinem tacitus nequeo praeterire, quam in omni aegrotatione, deinde in ipſa morte tantum praeſtitit, ut eius Socratis, cuius doctrinae in vita ſtudioſiſſimus fuerat, in morte quoque imitatorem optimum ſe praebuerit. Nam cum triduo ante illam quae vitae ſibi dies ſuprema fuit, Mariottus Bencinus ad eum viſitandi gratia acceſſiſſet, atque ut amicorum fert conſuetudo bono animo eſſe iuberet; ad mortem quoque non moleſte ferendam, ſi moriendum eſſet, cohortaretur; conſtanti ac firma voce omnes ad hoc natos eſſe reſpondit: O vocem ſapienti homine dignam, & verba animi invictam celſitudinem indicantia! Hanc itaque ſapientiam eius atque prudentiam tam importune nobis ereptam vehementiſſime dolerem, niſi putarem non ſine ſumma Dei providentia divino illi homini conſultum eſſe, plerumque enim ignaris homines in vita mentibus errant: Deus vero ipſe quid cuique optimum ſit rectiſſime iudicat. Nemo enim dubitare debet viro illi ſanctiſſimo, atque integerrimo ex hoc tenebroſo, atque obſcuro carcere migrationem non fuiſſe feliciſſimam, Eius virtuti debiti honores ſummo ſtudio praeparantur, atque ut viro tali dignae fiant exequiae omnes plurimum ſolliciti ſunt. Plura de hac re in praeſentiarum ſcribere nolui, non quia innume-

mera adhuc dicenda non reſtent, ſed ne inani loquacitate delicatiſſimas aures tuas offenderem, praeſertim cum ſciam tibi nota eſſe atque perſpecta. Finem igitur faciam ſi illud te prius exoravero, ut has literulas ſummi erga te amoris mei teſtimonium libenti animo ſuſcipias, & quaecumque in eis vitia te offenderint ea corrigas atque emendes. Vale, & me tibi commendatum habeas, iterumque vale.

Florentiae ſeptimo Idus Martias anno Domini M.CCCC.XLIII.

Exterius

Nobiliſſimo atque eruditiſſimo Iuveni Ioanni Medice Coſmi Filio in Balneis *.

Ex Biblioth. Rinucciniana Cod. Char. 4. ſaec. XV.

Ad Clariſſimum Virum Coſmum Medici Alamanni Rinuccini in Conſolatione graece translata Praefatio incipit ex Plutarcho.

Cum Philoſophiae ſtudia te auctore, Coſme, ſuſcepta a civibus tuis ſolita quotannis intermiſſione ſilerent, graecum Plutarchi volumen, ut plerumque facere conſueveram legendum accepi; eius enim viri ingenio admodum delector quod cum multa attigerit, ſcribendi genera in ſingulis ita claruit, ut appareat infinitam pene rerum cognitionem habuiſſe. Nam & hiſtoriam quatuor & vi-

E gin-

* Haec Epiſtola, quae autographa eſt, ſiſtit diem certum obitus Leonardi qui vita exceſſiſſe dicitur pridie quam illa conſcriberetur, nempe VIII. Idus Martii an. 1444 s. c. Quotquot de Eius interitu verba faciunt annum indicant, minime vero diem praeter Matthaeum Palmerium qui in libello de temporibus edit. Venetae an. 1483. ad an. 1443. ſcilicet 44. ſtylo comuni haec habet „ Leonardus Brunus hiſtoriographus Florentiae moritur VII. Idus Martii „ Profecto diſcrimen in aſſignando die inter Palmerium & Alamannum unius tantum diei eſt. At quis ignorat in hiſtoria ſedulitatem omnem & curam requiri?

ginti parallilis, ut illi dicunt, aliiſque libris copioſiſſime tractavit, & de Philoſophia non ſolum, quae ad mores pertinet, ſed naturali etiam uberrime ſcripſit, grammaticae quoque & muſicae praeclara tradidit documenta, eiuſque diſciplinae uſum a veteribus poetis ſervatum, & quid variae numerorum iuncturae virium habeant latiſſime oſtendit. Cum igitur eius opera quibus varios complexus eſt philoſophiae locos percurrerem, in orationem incidi qua pro obitu filii moerentem conſolatur Apollonium; Eam cum avidius legerem, & verborum ornatum philoſopho dignum, magis vero ſententiarum copiam gravitatemque animadverterem; ſummam eius in ſcribendo diligentiam admirabar, qui omnes conſulendi locos ita collegit ut nullum non plene tractatum relinqueret. Itaque mihi perſuadebam poſt conſolationem quae a Cicerone ſcripta ad noſtram non pervenit aetatem, hanc nulli earum quae deinceps editae fuerint vel gravitate ſententiarum vel exemplorum copia poſthabendam; videbamque fere latinos omnes qui poſt hunc aliquid in eo genere ſcripſiſſent, aut omnibus aut certe plurimis ab eo locis acceptis ſuum dumtaxat ſcribendi ordinem ſuumque modum adiunxiſſe. Ac mihi veterum poetarum philoſophorumque ſententias lectitanti caetera praeclara quidem non tamen ab communi conſuetudine abhorrentia videbantur. Sed ille me praecipue locus movit, ubi clarorum hominum exempla commemorans pleroſque tam forti animo filiorum mortem ſuſtinuiſſe, ut nullam doloris ſignificationem ederent, idque eo maius eſſe fortitudinis argumentum exiſtimabam, quod plerumque audiſſem inter varias aegritudines animi illam in primis & aſperrimam ſenſu & toleratu difficillimam eſſe, quae ob filiorum mortem proveniret; quod eius doloris fons & origo a natura principium ſumeret. Multos etiam vidiſſe memineram qui cum in caeteris adverſis fortes conſtanteſque ſunt habiti, huic tamen quaſi vehementiori procellae venienti obſiſtere non potuerunt, ut illum qui talia decenter ferat perfecte ſapientem & verum philoſophiae finem conſecutum liceat appellare. Quod inter noſtrae aetatis homines tibi inprimis, Coſme Clariſſime, tribuendum puto, cum Iohannis filii omni virtutum genere

nere

nere praeſtantiſſimi, tuique, ut paucis omnia complectar, ſimillimi obitum adeo forti animo conſtantique tuleris, ut ſicut in caeteris quae ſummum virum decent, ita in hoc laudis genere poſſis veterum ſapientum cuilibet iure optimo comparari, quem in medio doloris vidimus nec reipublicae munera deſerentem & ita res domeſticas familiareſque curantem, ut in funeris etiam apparatu, nihil quod accuratius agendum eſſet, non ex tuo conſilio ſententiaqne peractum conſtet. Quae cum magni ſint animi argumenta, tum illud praecipue ſum admiratus, quod tamen cum ſit poſt mortem filii a me ipſo perſpectum, numquam deſinam predicare. Nam cum ad te ſalutatum veniſſet Iohannes Argyropylus vir & philoſophiae & omnium bonarum artium ſcientia praeſtantiſſimus, egoque eſſem una, & pauci admodum condiſcipuli; memini inter loquendum controverſiam incidiſſe, uter dignitate praeſtantior in civili ſocietate habendus eſſet; anne militaris imperator, an qui ſummae reip. gubernandae praeeſſet; cumque Nicodemus * Mediolanenſis ducis Orator, vir neque diſciplinae militaris ignarus & a literarum ſtudiis non abhorrens, imperatorias partes ſuo quodammodo iure tueretur; ceteri vero reip. gubernatorem praeferendum cenſerent, tu utrorumque rationibus auditis pro gubernatore orationem habuiſti tanto verborum ornatu, tanta ſententiarum copia gravitateque refertam; ut cum dicendi facundiam laudarent omnes, tui ingenii magnitudinem, animi conſtantiam, memoriae tenacitatem vehementer admirarentur & veterum Scriptorum complurium & Ciceronis variis in locis, tum praecipue in ſexto de Rep. libro ſententias ad verbum ita referres, ut eas non ex memoria repetere, ſed ex libris ipſis legere videreris. Quin etiam ſapientis illius Catonis exemplo, philoſophiae ſtudia revocans, cui etiam adoleſcens operam dederas, Ariſtotelis Ethica legere te mihi ſtatuiſſe

 dixi-

* Nicodemus hic omni procul dubio Tranchedinus eſt Pontremulenſis qui primum a ſecretis fuit Ducis Mediolani, deinde eius apud Principes Orator. Multa illius ingenii monumenta extant in Bibliotheca Riccardiana, inter quae praeſtat Codex epiſtolarum magni utique faciendus ob optimae frugis rerum documenta quibus abundat, quaeque lucem praebere valent tum ad litterariam tum ad civilem hiſtoriam ſui temporis.

dixiſti, idque poſtea ceptum opus tam diligenter avideque proſequi audivi, ut ne doloribus quidem corporis interpellantibus, poſſes ab eo dimoveri. Quae profecto invicti cuiuſdam animi & fortunae caſibus cedere neſciae virtutis eſſe facile conſtat. Haec itaque mecum repetens, civitati noſtrae aetatique ſum gratulatus quod alteri genuiſſe, alteri vidiſſe contingeret eum virum, in quo uno & Emilii Pauli, & Horatii Pulvilli, qui in hoc virtutis genere apud Romanos celebrantur, imaginem videremus; nec vero Anaxagorae aut Pericli aut graecorum ullis omnino cedentem. Itaque haec me in primis cauſa movit, ut eam quam dixi Plutarchi conſolationem in latinum converſam, ad te mitterem; quod ad fidem faciendam compellendoſque ad fortitudinem noſtros homines, ſi qui haec forte legiſſent, plurimum conferre exiſtimavi; ſi ad ea quae a Plutarcho numerantur clariſſimorum hominum exempla, eius etiam ad quem mitteretur, non minus autoritatis habiturum, exemplum accederet: quamobrem inter multas ad te miſſas conſultationes, ut aliquid etiam loci, Plutarcho impertias, oro, quem ego latine ut potui planiſſimum reddidi; quamquam in ea re graviſſimi iudicii tui ſententiam auctoritatemque expecto. Itaque ſi quid a negociis publicis aut domeſticis curis datur ocii, ut hanc orationem legas plurimum rogo, utque omnia quae a Plutarcho traduntur doloris remedia tibi iam antea per te parta fuiſſe recognoſcens, tuae virtuti felicitatique gratuleris. Vale

Conſolatio Plutarchi ad Apollonium de morte filii per Alamannum Rinuccinum latine facta: Incipit.

Cum mihi nunciatum eſſet acerbus interitus filii tui nobis omnibus ob egregiam indolem cariſſimi; graviter profecto ſum commotus, Apolloni; adoleſcentem enim ſingulari modeſtia praeditum; ſumma vero in Deos religione, pietate in parentes, atque in omnes homines benevolentia caritateque inſignem; tam ſubito immatura morte ſublatum vehementer angebar ... *Deſinit*.

Rem profecto ut diximus gratiſſimam facturus cariſſimo filio ac nobis omnibus qui de tua ſalute plurimi laboramus.

Conſolatoriam etiam Epiſtolam ſcripſiſſe Alamannum Donato Acciaiolo in funere filii, deducitur ex eo quod illi gratiae a Donato agantur pro hac officioſa amicitia ut habetur in Cod. Stroziano 595. in f. qui autographus eſt, ut ſequitur; utinam Alamanni Epiſtola extaret!

Donatus Acciaiolus Alamanno Rinuccino ſalutem.

Humanitas tua facit, mi Alamanne, & benevolentia in me ſingularis ut in adverſis rebus amiciſſimo homini deeſſe non velis. Cariſſimum infantem nuper amiſi, eius obitum dolenter tuli. Caro mea & filius meus erat. Itaque fateor illius mortem mihi gravem fuiſſe: ſed longe gravius rarum & lamentabile mortis genus. Quod ſi nos homines eſſe dicis, quibus aliquando moriendum eſt; equidem & mori & dolere humanum puto. M. Cicero tanta ſapientia preditus filiae mortem vehementer deflevit. Idem fecit temporibus noſtris Iannoctius Manectus vir doctus in primis. Idem Ioh. Argiropylus praeceptor egregius, ſummuſque philoſophus. Num ego his aut doctior aut ſapientior ſum? Verum ſi aut voluntate, aut permiſſione Dei hoc factum eſt, non ita ſum demens ut divino conſilio adverſari velim, cui non ſolum filios, & filias, ſed me ipſum etiam debeo. Forſitan ille recordatus miſericordie ſue ſaluti infantis conſuluit, forſitan delictis meis hanc penam conſtituit. Quid ſit neſcio. Illud ſcio quecumque fecit Deus in vero iudicio fecit. Quare eum rogo, ut mihi adiutor ſit & tibi pro litterarum offitio gratias ago.

Vale XXVIII. Ianuarii 1469.

Ex Autographo Arch. Med. Filza VIIII.

Alamannus Rinuccinus Vicarius Laur. Medici ſalutem.

Ut non modo negotiorum, ſed otii quoque noſtri ratio tibi conſtet, quod inter amicos fieri oportere dicunt ſapientes, lepores binos vivos & totidem mortuos tibi mitto, amantiſſime

Lau-

Laurenti, cum iis enim quotiens aut animi laxandi, aut exercendi corporis cauſa a negotiis vacuum tempus datur, ſic bellum gero, ut verear, ne noſtrae praeturae leporibus id uſu eveniat, quod ſuae provinciae pantheris accidiſſe refert Cicero, quas ait queri ſolitas eſſe, quod nulli niſi ſibi in ſua provincia fieret iniuria *. Tu muneris exiguitate poſthabita non rem ipſam, ſed dantis animum ſolita in omnes humanitate aſpicias rogo: hoc enim bene memoris animi mei teſtimonium dumtaxat eſſe volui.

Ex Florentiola X. Kal. Nov. 1476.

II.

Laurentio de Medicis.

MAgnifice Patrone. Da Ferrara vi ſcripſi l' ultima. A Padova poi trovai alcuni buoni libri, cioè Simplicio ſopra el Cielo, Alexandro ſopra la topica, Giovan Grammatico ſopra le Poſteriora & gli Elenchi, uno David' ſopra alcune coſe de Ariſtotile, li quali non habbiamo in Firenze. Ho trovato anchora uno Scriptore Greco in Padova, & facto el pacto a tre quinterni di foglio per ducato.

Maeſtro Pier Leone mi moſtrò e libri ſuoi, tra li quali trovai un M. Manilio aſtronomo & poeta antiquo, el quale ho recato meco a Vinegia, & riſcontrolo con uno in forma che io ho comprato. E' libro, che io per me non ne viddi mai più antiqui. Similiter ha certi quinterni di Galieno de dogmate Ariſtotelis & Hippocratis in Greco, del quale ci darà la copia a Padova, che ſi è facto pur frutto.

In

* Locus Ciceronis extat in Epiſt. ad Famil. L. II. Ep. 11. „ De Pantheris per eos qui venari ſolent agitur mandato meo diligenter: ſed mira paucitas eſt; & eas, quae ſunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam inſidiarum in mea provincia, niſi ſibi, fiat „.

In Vinegia ho trovato alcuni libri di Archimede & di Herone Mathematici che ad noi mancano & uno Phornuto de Deis; & altre coſe buone. Tanto che Papa Ianni ha che ſcrivere per un Pezo.

La libreria del Niceno non abbiamo potuto vedere. Andò al Principe Meſſere Aldobrandino Oratore del Duca di Ferrara, in cuius domo habitamus. Fugli negato a lettere di ſcatole; chieſe però queſta coſa per il Conte Giovanni & non per me, che mi parve bene di non tentare queſto guado col nome voſtro. Pure Meſſer Antonio Vinciguerra & Meſſer Antonio Pizzammano, uno di quelli due gentilhomini philoſophi, che vennono ſconoſciuti a Firenze a vedere el Conte & un fratello di Meſſere Zaccheria Barbero ſon drieto alla traccia di ſpuntare queſta obſtinatione. Faraſſi el poſſibile; queſto è quanto a libri. M. Piero Leoni è ſtato in Padova molto perſeguitato, & non è chiamato nè quivi nè in Vinegia a cura niſſuna. Pure ha buona ſcuola, & ha la ſua parte favorevole: hollo fatto tentare dal Conte del riduſſi in Toſcana. Credo ſarà in ogni modo difficil coſa. In Padova ſta malvolentieri, & la converſatione non li puo diſpiacere, ut ipſe ait. Negat tamen ſe velle in Thuſciam agere.

Niccoletto verrebbe a ſtarſi a Piſa, ma vorrebbe un beneficio, hoc eſt, un di quelli Canonicati; ha buon nome in Padova, & buona ſcuola. Pure, niſi fallor, è di queſti ſtrani fantaſtichi; lui mi ha moſſo queſta coſa di beneficii: ſiavi adviſo.

Viſitai ſtamattina Meſſer Zaccheria Barbero, & monſtrandoli io l'affectione voſtra ec. mi riſpoſe ſempre lagrimando, &, ut viſum eſt, d'amore: riſolvendoſi in queſto; in te uno ſpem eſſe. Oſtendit ſe noſſe quantum tibi debeat. Sicchè fate quello ragionaſte, ut favens ad maiora. Quello Legato che torna da Roma, & qui tecum locutus eſt Florentiae, non è punto al loro propoſito, ut aiunt.

Un belliſſimo vaſo di terra antiquiſſimo mi monſtrò ſtamattina detto M. Zaccheria, el quale nuovamente di Grecia gli è ſta-

to mandato: & mi diſſe, che ſel credeſſi vi piaceſſi, volentieri ve lo manderebbe con due altri vaſetti pur di terra. Io diſſi che mi pareva proprio coſa da V. M. & tandem ſarà voſtro. Domattina farò fare la Caſſetta, & manderollo con diligentia. Credo non ne abbiate uno ſi bello in eo genere. E' preſſo che 3. ſpanne alto & 4. largo. El Conte ha male negli occhi, & non eſce di Caſa, ne è uſcito poichè venne a Vinegia.

Item viſitai hierſera quella Caſſandra Fidele litterata, & ſalutai ec. ec. per voſtra parte. E' coſa, Lorenzo, mirabile nè meno in Volgare che in Latino, diſcretiſſima & meis oculis etiam bella. Partimmi ſtupito. Molto è voſtra partigiana, & di voi parla con tutta practica, quaſi te intus & in cute norit. Verrà un di in ogni modo a Firenze a vedervi, ſicchè apparecchiatevi a farle onore.

A me non occorre altro per hora, ſe non ſolo dirvi, che queſta impreſa dello ſcrivere libri Greci, & queſto favorire e docti vi dà tanto honore & gratia univerſale, quanto mai molti e molti anni non ebbe homo alcuno. E particolari vi riſerbo a bocca. A V. M. mi raccomando ſempre. Non ho anchora adoperata la lettera del Cambio per non eſſere biſognato.

Venetiis die 20. Iunii 1491.

Suf-

Sufficit inſpicere Epiſtolam F. Zenobii praemiſſam Opuſculo Euſebii, quae quamvis edita ſit, tamen iuvat eam afferre, quum non omnibus obvia & plúrima contineat quae Alamannum noſtrum ab omni vindicent calumnia. Ex Edit. Lutetiae an. 1555.

III.

Zenobii Accioli (*ſic*) *Ordinis Praedicatorum Prologus ad Magnificum Virum Laurentium Petri Franciſci Filium Medicem, in Opuſculum Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi e Graeco Sermone in Latinum converſum, quo Hierocles confutatur, auſus ex Philoſtrati hiſtoria Apollonium Tyanaeum Ieſu Chriſto Salvatori noſtro conferre.*

NOn ſine Dei conſilio factum arbitror, Laurenti, quod in Euſebii Caeſarienſis Epiſcopi volumen nuper inciderim, quo Philoſtrati libri octo de Apollonii Tyanaei vita, & moribus refutantur. Quamquam enim ſuſpicari vix licet ex Philoſtrati lectione bonum virum deſipere, gravemque poſſe, cum ſit ille doctiorum conſenſu maximus fabulator, eiuſque Tyanaeum non divus modo Hieronymus, ac noſtrorum plerique magum appellent, ſed Lucianus Rhetor in Alexandro, cum tota eum familia deteſtetur, quia tamen non omnes aeque prudentes ſumus, & in ea tempora incidiſſe videmur, quibus ſtudioſi adoleſcentes, iuxta Pauli ſententiam, non inviti ad fabulas convertuntur, votis eſt omnibus expetendum, ne qua detur occaſio cuiquam id agendi, quod Alexander olim Mammaeae filius Imperator, & Hierocles philoſophus factitarunt, quorum alter ſuo in Larario Tyanaeum Chriſto, Abrahaeque adiunxit, quem pro Deo veneraretur; alter vero ex Philoſtrati monimentis rem multo nequiorem aggreſſus, philalethem in Chriſtianos librum conſcripſit, nil in eo aliud ſtruens, quam ut Apollonium Tyanaeum Ieſu Chriſto conferret. Probe igitur Euſebius noſter ille quidem pro nobis ſemper acerrimus propugnator non quibus alios ſtravit armis contentus, propria ſe in Hieroclem

rhomphaea, iaculoque armavit particulari ſcilicet libro ad utriuſque levitatem tollendam maxime facto: qui ſi ad manus olim Alamanni Rinuccini veniſſet, utriuſque linguae ſtudioſi civis noſtri, qui temporibus his Philoſtratum latinum effecit, puto equidem in hoc potius vertendo laboraturum fuiſſe, aut illi ſaltem moderatorem hunc fuiſſe, correctoremque adiuncturum, ut ſicut ibi officioſus vir doctis auribus multarum rerum cognitionem, & Coſmographiae notitiam comparabat, ita facem quoque ad evitandos ſcopulos praetuliſſet. Verum illi quidem, quod pro rei argumento nullo malo conſilio profuit, laus eſt danda: neque vero caeteris, ſi qua maioris boni datur occaſio relinquenda. Cum itaque librum hunc in bibliotheca * gentis veſtrae multa vetuſtate quaſi abolitum reperiſſem, meas eſſe partes exiſtimavi per me ut latine loquens prodiret, qui nuper in ſacrum Divi Dominici Ordinem aſcitus eſſem pro tuenda Chriſtianae fidei veritate modis omnibus excubantem, atque his ceu religionis noſtrae primitiis, bonis iuvenibus ſtudioſiſque prodeſſem. Neque enim verendum, quin ſi non inſcitiam quidem meam, ſed diſputantem Euſebium contemplentur, Philoſtratum ſumere tuto in manus poſſint, cum per Euſebii librum hunc exarmatus iam ſit ille, atque extinctus. Praecipua vero mihi ratio illa fuit uni tibi potiſſimum nuncupandi, quia cum tu me & fraterne habendo, & in bonis litteris adiuvando, magnos diu fece-

* Praeter ea quae attulerunt Cl. viri Laurentius Mehus & Angelus Fabronius, quorum alter in Praefatione Epiſtolarum Ambroſii Traverſarii demonſtrat Bibliothecam Marcianam dictam eſſe modo *Coſmi Bibliothecam*, modo *antiquam*, ſive *publicam Medicae gentis* vel *familiae;* alter autem in vita Laurentii, idem probat ex Catalogo quodam vetere exiſtente in Tabulario Mediceo (Filz. 23.): Memini me in eodem Tabulario binas legiſſe Epiſtolas ad Laurentium a F. Leonardo Ser Uberti a Florentia Monachi Dominicani S. Marci miſſas, in quarum prima, quae exarata eſt die XIV. Iulii 1473. Florentiae, F. Leonardus his ſe exprimit verbis *Cuſtos Librorum Bibliothecae veſtrae in aedibus S. Marci;* in altera autem quae data eſt Romae die XXVIII. Maii 1474. huiuſmodi apparet ſubſcriptio *F. Leonardus olim Librarius veſtrae Bibliothecae S. Marci Ordinis Praedicatorum*.

Apographum igitur Euſebii contra Hieroclem, quod tranſtulit interpres florentinus, extabat in Bibliotheca Marciana, quod tamen ignotum erat, adeoque minime putabatur extare.

feceris ſumptus, ita mea tibi omnia deberi intelligo, ut ſi qua etiam poſthac ſim caeteris dicaturus, tui tamen illa quoque futura iuris. Cape igitur humanitatis erga me tuae fructus aliquos, Laurenti, quos tibi & noſtra neceſſitudo, & Euſebii auctoritas dulces ſcio, gratoſque praeſtabunt. Sed & tu perge ſemper aliquid de Deo Optimo Maximo meditari: ut ſicut hic charitate magna vincimur, ita bonis operibus incumbendo, Dei miſericordiam provocantes, ſimul quoque coeleſti patria perfruamur.

DUobus uſus ſum Codicibus MSS. ad hanc Praefationem edendam. Primus eſt Bibliothecae Laurentianae membranaceus in f. cum ſtemmate Mediceae familiae conſtans foliis ſcriptis 224. Poſt Praefationem habetur „ Florentiae IIII. Kalendas Maias MCCCCLXXIII. „. In calce vero Codicis poſt vitam Apollonii legitur „ Exſcriptus Florentiae ſalutis noſtrae anno MCCCCLXXV. prima aeſtate fuit hic liber, anno poſtquam traductus eſt iam tertio, ſed cum Archetypo collatus emendatuſque „ adeoque translata eſt haec vita anno MCCCCLXXII.

Alter Codex eſt Bibliothecae Strozianae Chartaceus in f. ſaeculi XV. exeuntis notatus N. 1414. In animo erat ad oras paginarum variantes lectiones adnotare. Verum, quum hae & paucae ſint & nihil afferant novi, ſatius duxi Laurentianum Codicem ſequi, qui cum Archetypo collatus emendatuſque dicitur.

IIII.

Ad Illuſtrem Principem Federicum Feretranum Urbini Comitem Alamanni Rinuccini in libros Philoſtrati de vita Apollonii Tyanaei in latinum converſos praefatio incipit.

COgitanti mihi ſaepe numero, Generoſiſſime Princeps Federice, & aetatis noſtrae viros cum veteribus conferenti, perabſurda videri ſolet eorum opinio, qui veterum quaeque dicta factave pro maximis celebrantes, non digne ſatis ea laudari poſſe arbitrantur, niſi temporum ſuorum mores accuſent, ingenia damnent, homines deprimant, infortunium denique ſuum deplorent, quod

 hoc

hoc ſeculo naſci contigerit, in quo nulla probitas, nulla induſtria, nulla (ut ipſi putant) bonarum artium ſtudia celebrentur.

Cuius rei cauſam plerique in naturam referentes, ſeneſcentis mundi vitio, & iam ad interitum vergentis idipſum putant evenire. Queruntur enim & aetates hominum breviores, & corpora imbecilliora, & ingenia ad res praeclaras hebetiora nunc a natura proferri, quam olim fuerint, cum illi viguerunt quos tantopere laudant & admirantur. Horum ego ſententiam nec penitus falſam dixerim, nec omni ex parte veram comprobaverim. Nam quae de priſcorum virtutibus opinantur, ita ſunt in aperto, ut qui ex antiquis litteris illorum acta cognoverint, facile tamquam ſumma & omnibus numeris perfecta conceſſerit. Quod autem de Mundi ſenectute, atque aetatum brevitate queruntur, cum divino teſtimonio, tum rerum uſu & experientia facile confutantur: quid eſt enim quod ſeneſcentem Mundum aut ad interitum vergentem agnoſcant, cum ab omnis veritatis auctore & principe dictum animadvertant, non eſſe noſtrum noſſe tempora vel momenta, quae Pater poſuit in ſua poteſtate? Aetates autem hominum breviores nunc eſſe quam olim fuerint, nihil eſt quod iure conqueri poſſint, ſi eorum, qui aliquo virtutis genere inſignes habiti ſunt, diuturnitatem vivendi conſideraverint. Nam Thaletem Mileſium, Pythagoram, Platonem, Ariſtotelem, reliquoſque poſteriores philoſophos, quos tenuitate ſobrietateque victus nullum ad vitae longitudinem impedimentum attuliſſe naturae credendum eſt, nihil omnino noſtri temporis homines diuturnitate vivendi ſuperaſſe comperimus; ſiquidem eorum, quos retuli, nullus nonageſimum aetatis annum vivendo ſuperaverit: quod ſpatium aetate noſtra plerique non viri ſolum, ſed mulieres etiam vel aequant vel ſuperant. Quod ſi hebetudinem accuſent ingeniorum, videant ne deſidiae potius hominum & ignaviae, quam naturae vitio id ſit tribuendum.

Nam quod noſtri ſaeculi conditionem queruntur, ſi praeteritorum temporum memoriam repetant, ut quam multi eorum aetate aut paulo ſupra in unoquoque virtutis genere claruerint, animadvertant, facillime, ut arbitror, e ſententia decedent. Mihi vero

ro contra gloriari interdum libet, quod hac aetate naſci contigerit, quae viros pene innumerabiles tulit ita variis artium & diſciplinarum generibus excellentes, ut putem etiam cum veteribus comparandos.

Atque ut ab inferioribus profecti ad maiora tandem veniamus, ſculpturae, picturaeque artes iam antea Cimaboi *, Iocti **, Taddeique Gaddi *** ingeniis illuſtratas, qui aetate noſtra claruerunt pictores, eo magnitudinis bonitatiſque perduxere, ut cum veteribus conferri merito poſſint. Noſtrae autem aetati proximus Maſaccius **** naturalium quarumcumque rerum ſimilitudines ita pingendo expreſſit, ut non rerum imagines, ſed res ipſas oculis cernere videamur. Quid vero Dominici Veneti ***** picturis artificioſius? Quid Philippi Monachi ****** tabulis admirabilius? Quid Ioannis ******* ex Praedicatorum ordine imaginibus ornatius? qui omnes varietate quadam inter ſe diſſimiles, artis tamen excellentia & bonitate ſimillimi putantur. Sculptores autem quamvis multos afferre poſſim, qui pro ſummis habiti eſſent, ſi paulo ante hanc aetatem naſci contigiſſet; adeo tamen omnes Donatellus ******** unus ſuperavit, ut pene ſolus in hoc gene-

---

* Ioannes de Cimabobus Pictor notiſſimus natus Florentiae an. 1240. huic nobiliſſimae arti ſub graecis hominibus ſtuduit. Moritur an. 1300. reconditur in S. Reparatae.

** Ioctus ſcilicet Angiolottus Bondonis filius Pictor, & Architectus inſignis. De anno natali auctores non conveniunt inter ſe; deceſſit an. 1336. ſepeliturque in maiori templo Flor.

*** Thaddeus Galdius Gaddi filius Pictor, & Architectus Natus an. 1300. plus minus, incertumque quo anno obierit. Sepultus eſt ad S. Crucis.

**** Thomas *Maſaccio* dictus e Sancto Ioanne Florentinae ditionis oppido oritur an. 1402. ex Patre Ioanne Notario Pictor excellentiſſimus. Obiit an. 1443. eiuſque Corpus tumulatum fuit Florentiae apud Carmelitas.

***** Dominicus Venetus propter ſummam in pictura peritiam ab Andrea del Caſtagno annos natus 56. interfectus dicitur circa an. 1470. atque ad S. Mariae Novae ubi pinxerat, ſepelitur.

****** F. Philippus Lippius iam Carmelita oritur circa an. 1400. moritur circa an. 1469. Spoleti, ibique in Cathedrali conditus cum Epitaphio, quod Politianus iuſſu magnifici Laurentii compoſuit.

******* F. Ioannes ex ordine Praedicatorum Pictor eximius ob morum integritatem *Angelicus* dictus, ac in Beatorum numerum relatus. Vixit ab an. 1387. ad 1455.

******** Donatus dictus Donatellus Florentinus ſculpturae reſtaurator vixit

genere numeretur. Non contemnendos tamen fuiſſe Lucam Robienſem * & Laurentium Bartoluccii **, praeclara ab ipſis edita opera teſtantur. Architecturae vero, & Machinarum cum bellicarum, tum quae magnis trahendis ponderibus valeant, facultatem ita ad ſummum perductam arbitror, ut nihil a veteribus noſtri ſuperentur. In qua duo praecipue claruerunt ſummis ingeniis homines, & omnis antiquitatis indagatores accuratiſſimi; Unus quidem Philippus Brunelleſchi *** Scribae filius, Florentinae Baſilicae Architecton: alter vero Baptiſta Albertus **** vir & familiae nobilitate, & ingenii praeſtantia clariſſimus, qui etiam de picturae architecturaeque praeceptis libros aliquot ſcripſit accuratiſſime. Iam Grammaticae & Latinae linguae peritiam adeo videmus excultam, & in artem praeceptaque ab iunioribus ita redactam, ut priſca Romanorum & incorrupta locutio rurſus in lucem revocata videatur; cum & verborum vis & omnes dicendi modi exactiſſime percipi poſſint. Quid enim Laurentii Vallae ***** ſubtilitate diligentius inveniri poteſt? qui ſingularum dictionum vim proprietatemque ita colligit, probatiſſimorum Scriptorum teſtimoniis dicta ſua confirmans, ut difficile ſit in

vixit ab an. 1386. ad an. 1466. Eius Corpus requieſcit Florentiae ad S. Laurentii.

* Lucas Robienſis ſculptor. Incertum quando obierit, cum ſolum conſtet natum an. 1388.

** Laurentius Ghibertus dictus Bartoluccii filius, quod eius mater vidua relicta Bartoluccio nupſerit, pictor, & ſculptor inſignis natus an. 1378. quo anno deceſſerit non patet.

*** Philippus Brunelleſchi Sculptor, & Architectus notiſſimi nominis & famae, de quo ſatius erit nihil dicere quam pauca. Natus an. 1377. deceſſit an. 1446. eius monumentum videre eſt in Eccleſia Maiori Fl. Hactenus Baldinuc.

**** Leo Baptiſta Alberti, qui tres ſororias artes humanioribus ſtudiis conſociavit. Scripſit non minus docte quam eleganter de re aedificatoria, quam ex Baptiſtae praemortui voto Politianus Magnifico Laurentio an. 1485. inſcripſit. Plura edidit mirabili ingenii vi, & arte. A Chriſtophoro Landino introducitur in Diſputationibus Camaldulenſibus ob multiplicem eius ſcientiam.

***** Laurentius Valla Romanus Canonicus Lateranenſis vir eruditus, ſed nimis acer in ſcribendo. Praeter libros elegantiarum, invectivas, & recriminationes; hiſtoriam etiam rerum in Hiſpania & Sicilia geſtarum exaravit, & Herodotum & Thucididem latine reddidit. Deceſſit Romae an. 1457. vel ut alii putant an. 1465. *Elegantiae* an. 1471. prodierunt tum Romae, tum Venetiis.

in uſu latinae linguae illum aberrare, qui eius doctrinam praeceptaque ſequatur. Ioannes autem cognomine Tortellus * nominum verborumque ethimologias in unum colligens, & quid proprie, quidve translatione quadam dicatur oſtendens, apertiſſimam talis diſciplinae cognitionem tradit. In Dialectica autem & Philoſophia, tum etiam ſacrarum litterarum peritia clariſſimos viros enumerare longiſſimum eſſet. Talium enim diſciplinarum ſtudia quo magis ad bene beateque vivendum ſunt neceſſaria, eo magis apud quaſque gentes quacumque aetate numquam intermiſſa viguerunt; unde etiam effectum eſt, ut ſuperioribus quoque temporibus ad ſummam perducta ſubtilitatem plurimis, iiſdemque doctiſſimis viris abundarent. In quo genere virum unum praeſtantiſſimum Ioannem Argyropylum ** praeceptorem meum ſilentio praeterire non potui, qui Bizantio civitate nobiliſſima natus, ſtudio tamen & induſtria latine loquendi ſcribendique facultatem egregiam comparavit. Iam veteris eloquentiae & incorruptus latinae loquutionis uſus paulo ante noſtram aetatem exortus, aetate noſtra adeo excultus & expolitus eſt, ut numquam poſt Lactantii aut Divi Hieronymi tempora ſic floruerit: quod facile ex eorum ſcriptis intelligi licet, qui medii inter has quas diximus aetates multarum magnarumque rerum ſcientiam conſecuti, in ſcribendo tamen aſperiores fuere; quod illis propterea contigiſſe non miror, quia Ciceronis plerique libri in occulto latentes, imitandi facultatem illis adimebant. Primus autem Coluccius Salutatus *** paulum ſe erexit, & elegan-

* Ioannes Tortellius Arretinus ex Graecia redux munus Archipresbyteri in patria obtinuit. Romam ſe contulit ſub Eugenio IV. dein a Cubiculis, & a Bibliotheca fuit Nicolao V. cui Opus ſuum dicavit de Orthographia dictionum e Graecis tractarum, quod tum Romae, tum Venet. an. 1471. impreſſum reperitur.

** Praeter ea quae ſuperius innuimus de hoc celeberrimo viro, lubet nonnullas ſubnectere epiſtolas, e quibus lector deducet aliqua maximi momenti ad Eius vitae circumſtantias pertinentia ad componendos ſcriptores, qui minime in pluribus inter ſe conveniunt. Sed ne Praefationis ordo nimis interrumpatur, has ad eiuſdem calcem referemus.

*** Coluccius Salutatus ex Stignano Vallis-Nebulae oppido ditionis Florentinae oritur circa an. 1330. Anno vero 1375. Cancellarii munus in

gantius quoddam adumbravit dicendi genus, qui multum profecto laudis meruit, quod tam longis temporibus praecluſum aditum ad eloquentiam patefecerit, & poſteris viam, qua gradiendum eſſet, oſtenderit. Hunc ſecuti Poggius * & Leonardus Aretinus ** intermiſſam & pene abolitam eloquentiam in lucem revocarunt, qui cum epiſtolis, tum orationibus, & dialogis ſcribendis Ciceronianum dicendi characterem egregie ſunt imitati. Carolus etiam Aretinus *** omnium bonarum artium diſciplinis ornatus, poeticae tamen quam

in Rep. Flor. eſt adeptus. Obiit an. 1406. V. quae Cl. Mehus affert ad eius Epiſtolas an. 1741.

* Poggius Bracciolinus e Terra-Nova Florentinorum oppido rem litterariam egregie promovit in apricum proferens multorum veterum Scriptorum opera. Eo in conſcribendis epiſtolis uſi ſunt Eugenius IV., & Nicolaus V. Summi Pontifices. Diodorum Siculum latine eſt interpretatus. Demum iam ſenex Florentiam rediit, ibique poſt ſcriptam Florentinam Hiſtoriam exceſſit e vita an. 1459.

** Leonardus Brunus Arretinus ortus an. 1369. florente admodum aetate ab epiſtolis fuit Innocentio VII. & Ioanni XXIII. inde munus geſſit per longum tempus Cancellarii Reip. Flor. ibique an. 1444. moritur.

*** Carolus Marſuppinus ex Civitate Arretii primum eloquentiae profeſſor, dein Scriba Reip. Flor. an. 1453. mortuus eſt.

Iis quae in laudem Caroli Marſuppini a variis prolata ſunt, addi poteſt epiſtola ex Cod. 1414. Stroziano in qua Donatus Acciaiolus ita Iacobum Lucenſem alloquitur.

Donatus Acciaiolus Iacobo Lucenſi ſal. Difficile eſſet, mi Iacobe, te aut benivolentia, aut ſtudio, aut ullo officii genere ſuperare. Quantae enim curae negotium, de quo pluribus ad te ſcripſimus, tibi fuerit non ſolum a te, ſed etiam a Chriſo noſtro certiores in dies facti ſumus. Vivam igitur nunc aequo animo in hoc negocio patrui mei, cum ſciam pro dignitate ſua neque ſtudium, neque diligentiam, neque ullum officii genus, aut a nobis, aut ab amicis noſtris eſſe praetermiſſum. Quod autem ſcribis, te graviter ferre obitum praeſtantiſſimi viri Karoli Aretini, facile id mihi perſuadeo, qui ex amiſſione tanti viri tantum animo cepi dolorem, quantum ſua ſingularis in me, & in omnes humanitas, & ſumma virtutis excellentia meruit. In tanta enim penuria doctiſſimorum hominum, nimium dolendum eſt, ereptum eſſe nobis divino ingenio virum, neque ſolum nobis, ſed etiam omni civitati deploranda: ſtudioſis vero bonarum artium omnibus lacrimis proſequenda. Quantum enim damnum eius interitu fecerint latinae litterae, & omnes artes libero homine dignae facile, ut ſcribis, intelligi poteſt. Cum enim latina lingua quae diuturno tempore ſopita iacuerat a Karolo fere excitata eſſet, & in lucem evocata, eo defuncto putandum eſt non modo in eumdem ſomnum

quam oratoriae ſtudioſior fuit. Iannoctius inſuper Manectus * Florentinus eques vir acerrimo ingenio & in diſputando ſubtiliſſimus multarum rerum cognitionem cum ſcribendi quadam facultate coniunxit. Horum aequalis Ambroſius Monachus ** ad ſummam graecarum litterarum peritiam ſcribendi quoque facultatem & elegantiam addidit. Neque vero ſum neſcius plurimos in his, quas hactenus enumeravi, aut deinceps numeraturus ſum, facultatibus, atque artibus excellentiſſimos viros a me praetermitti. Non enim inſtituti negotii eſt omnes hoc loco numerare, qui aliquo virtutis genere temporibus noſtris claruerunt, ſed ex multis teſtibus paucos eligere, ut oſtendam noſtra tempora omnium bonarum artium ſtudiis floruiſſe. Ac ne quis intelligendi potius quam agendi virtutibus aetatis noſtrae ingenia valuiſſe crediderit; qui convertat animum ad actionum ſtudia conſideranda, circumſpiciatque res in Italia vel bello vel pace geſtas, facillime hoc etiam laudis genere non caruiſſe noſtrorum temporum homines iudicabit. Nam cum in agendis rebus duo praecipue virorum genera excellant; unum eo-

 rum,

mnum recidiſſe, ſed una cum eo pene eſſe extinctam. Quid igitur adoleſcentibus ingenuis, & litterarum ſtudioſis amplius ſperandum ſit, non video; cum amiſſo peritiſſimo duce huius diſciplinae nemo relinquatur, qui eos erudiat, cuius diſciplinam ſequantur, ſub quo militare egregie poſſint. Quis eſt enim noſtrorum hominum, qui aut exponendis oratoribus, aut poetis explicandis ad Karolum vel prope poſſit accedere? Quis praeterea qui aut acumine ingenii, aut memoriae magnitudine, aut immenſa rerum ſcientia cum Karolo poſſit conferri? Itaque uno viro amiſſo tanta eſt facta rerum amiſſio, ut nemo ſit tam virtuti inimicus, qui non cenſeat Karoli mortem magnopere eſſe lugendam. Ego vero, mi Iacobe, cum hunc ardorem ſumma diſcendi cupiditate, & eum virum ſublatum eſſe videam, quem ego ſperabam futurum eſſe ducem huius noſtri muneris tam libenter ſuſcepti, non poſſum eius interitum ſine multis lacrimis recordari. Studia enim mea, quae huius doctiſſimi viri hortatu excitata erant, eius morte, aut multum retardare, aut perpetuae oblivioni mandare cogor. Vale. 1453.

* Iannoctii Manetti vitam ſcripſit Naldus Naldius, quae extat apud Murat. T. XX. pag. 519. Rer. Ital. Script., praeter illam, quam edidit Alamannus noſter, quamque nullibi reperire potui.

** Omnia quae pertinere poſſunt ad vitam Ambroſii Traverſarii Camaldulenſium Praeſidis concinnandam, collegit Cl. Mehus, ac edidit Flor. quam vide.

rum, qui conſilio & auctoritate Rempublicam regunt & moderantur; alterum eorum qui vi & armis a civitatibus bellum propulſant, aut illatas iniurias ulciſcuntur; in utraque facultate tam multi tamquam in ſuo quiſque genere excellentes reperiuntur ut eos etiam vidiſſe ſit glorioſum. Nam paulo ſupra noſtram aetatem, ut accepi, ſumma prudentia, ſummaque integritate cives in noſtra Republica floruerunt, Raynaldus Ianfiliatius * eques, Bartholomeus Valorius **, Nicolaus Uzanenſis ***, & Ioannes Medices Biccii filius ****, qui licet in ſententiis dicendis quandoque diverſa loqui viderentur, voluntate tamen & ſtudio ad Reipublicae utilitatem certatim ferebantur. Hos poſtea ſecuti ſunt Laurentius Ridolfus ***** eques, & Pon-

* Raynaldus Ianfiliatius poſt plura munia pro Rep. Flor. egregie geſta, admodum ſenex ad SS. Trinitatis ſepelitur.

** Quae ad Bartholomaeum Valorium attinet vide ſis Ammiratum *Delle famiglie nobili Fiorentine* p. 97. & ſeqq.

*** Ioannes Cinelli in Hiſtoria Litteraria Florentina Bibliothecae Magliab. MS. Italice exarata pag. 1384. de Nicolao Uzanenſi haec habet „ Niccolò da Uzzano di profeſſione Mercatante, ma delle lettere molto amico, perchè laſciò che in Firenze ſi erigeſſe lo Studio, e la fabbrica al Convento della Nunziata contigua; che ora per ſerraglio di Fiere ſerve quel che doveva ſervire per Liceo de' Letterati „. Dein enumerat eius opera, quae adhuc ſervantur in Bibliothecis.

**** Ioannes Medices Biccii Filius adeo omnibus notus eſt, ut ſupervacanea ſit omnis explanatio.

***** Laurentius Ridolfus tam Iuris Civilis, quam Decretorum doctor. Scripſit inter alia *De Uſuris*, & luculentum Commentarium in *Decretum*. Celeber eſt ob legationem Venetam Florentinorum nomine obitam, de qua Guidus Panzirolus, & totidem verbis Ioannes Cinellius ſupra laudatus haec affert „ Lorenzo Ridolfi Legiſta molto dotto ſpiegò nella Patria Legge Canonica alcun tempo, ed eſſendo molto negli affari della Rep. ſufficiente ed eſperto, fu dalla medeſima a Venezia Ambaſciador mandato per occaſione della guerra, che i Fiorentini con Filippo Viſconte Duca di Milano avevano, ad eſortar quella Rep che prendendo contro Filippo l'armi lo ſuo ingrandimento non permetteſſe: Ma non eſſendogli in ciò data retta ne preſtato orecchie per non volere i Veneziani nuova guerra intraprendere, e veggendo alla fine di non poter far colpo, incominciò come diſperato a gridare „ Vobis ſedentibus, Patres, ſuperioribus annis Ligures, quibus non ſuccurriſtis Philippum Principem auxerunt. Nos regem creabimus; Ipſi demum vos Auguſtum facietis „ Dalle quali parole piccato il Doge, che era allora Franceſco

Pontificii civiliſque iuris peritia inſignis; tum vero Bernardus Iunius * eques, & Lucas Albitius **, & alii pene innumeri, quos in maximis noſtrae Reipublicae & graviſſimis caſibus conſilio, prudentiaque, plurimum valuiſſe compertum eſt. Sed omnium quos non modo noſtra aetate cognoverim, ſed ſuperioribus etiam temporibus acceperim, ſapientia auctoritateque in noſtra Republica principes extiterunt Nerius Caponius ***, & Coſmus Medices ****, de quorum prudentia non minus apud nos, quam apud exteros Principes, vel Reſpublicas tanta fuit opinio, ut nihil magnum, niſi eorum conſilio agendum ſibi eſſe iudicarent. Hos ego prudentia, & maximarum rerum uſu Leliis, Appiis, Metellis, Fabiis non immerito cenſeo comparandos, quos deinde ſequutus Petrus Medices Coſmi filius, licet immatura morte praereptus, paternae virtutis non minus quam divitiarum haeredem ſeſe fuiſſe declaravit. Horum ego laudes ſilentio praeterire quam leviter attingere ſatius duxi, praeſertim ad te ſcribens, Clariſſime Princeps, qui cum illis de rebus maximis atque graviſſimis totius Italiae ſaepiſſime conſultaſti. Iam belli Duces, aut Imperatores noſtrorum temporum quid tibi recenſeam? qui a teneris annis in re militari verſatus, aut ſub eorum pleriſque militaveris, aut bello poſtmodum adverſus eoſdem contenderis. Itaque miſſos facio ***** Sfortiam, Braccium, Nico-

ceſco Foſcaro e con eſſo il Senato tutto, entrarono i Veneziani coi Fiorentini in lega e preſero l' armi, l' impeto di Filippo rintuzzando e raffrenando „. Recenſet dein omnia opera Laurentii Ridolfi.

* Bernardus Iunius notiſſimus eſt ob Legati munus, quo pluries Florentinae Reip. nomine egregie perfunctus eſt. V. Ammir. Hiſt. T. III.

** De Luca Albitio vide, quae Amm. *Nelle famiglie nob. Fior.* abunde narrat.

*** Elogium Nerei Caponii invenies in ſerie Vitarum Virorum excellentium, quae Italice conſcriptae, editae ſunt Florentiae. Occubuit an. 1457. Fontius.

**** Coſmus Medices poſt exilium, quod pertulit, in Patriam revocatus eſt, ac Pater Patriae decreto publico declaratur; filium habuit Petrum, nepotem vero Laurentium Magnificum. Coſmi & Laurentii nepotis vitas exaravit Cl. Angelus Fabronius, quas conſule.

***** Sfortia, Braccius, Nicolaus tam Tolentinas quam Piccininus, quemadmodum etiam Franciſcus Sfortiae filius, Sigiſmundus Malateſta &c. ſunt adeo illuſtres & noti ut non fuerint ab ullo Rerum Italicarum Scriptore praetermiſſi.

laos Tolentinatem, ac Piccininum, & qui hos omnes gloria & rerum geſtarum magnitudine ſuperavit, Mediolanenſem Ducem Franciſcum Sfortiae filium. Sed neſcio quo pacto clarorum hominum commemoratione longius etiam quam inſtitueram orationem protraxi, & dum opinionem eorum refello, qui noſtra tempora tamquam claris viris orbata deplorant, ſupervacuos teſtes adduxi complures diverſis virtutum generibus inſignes, cum te uno teſte & quidem locupletiſſimo potuerim omnium, quotcumque ſint, falſam opinionem redarguere; nam in te ſuperius enumeratae virtutes ita vigent, ut priſcorum hominum, quos tantopere omnes admirantur, imaginem referas, cum & in bello fortiſſimi imperatoris, & in pace prudentiſſimi & optimi Principis gloriam ſis conſequutus. Nam cum duo ſint quae ſummam laudem auctoritatemque belli ducibus afferant, unum & aperto Marte & collatis caſtris adverſus hoſtes certando, conſilio & fortitudine valeat; alterum in obſidendis expugnandiſque urbibus maxime laudetur: tu in utroque virtutis genere tantum profeciſti, ut iamdudum inter Italiae primos imperatores, nunc autem omnium conſenſu longe primus habearis. Poſſem hoc loco victorias tuas innumeras pene recenſere, niſi & orationis brevitati conſulerem, & commodius alias atque latius hanc mihi dicendi occaſionem datum iri ſperarem. Res enim ſunt eiuſmodi quae multitudine magnitudineque ſua uberrimam ſcribere volenti materiam ſuppeditent. Quis enim ignorat quanta animi fortitudine, quanta ſtrenuitate corporis contra Sigiſmundum Malateſtam pro Fori Sempronii recuperatione uſus fueris? Quis non animi tui magnitudinem meminit, qua Florentinam Rempublicam tutatus es, cum Alfonſus potentiſſimus Apuliae Rex atque Siciliae noſtros fines invaſit? Tu enim tumultuario milite raptim ex tuis agris educto celeriter ad ferendam opem accurriſti: ubi conſilio atque prudentia perinde ac Fabius Hannibalem, ſic tu potentiſſimi atque infeſtiſſimi hoſtis impetum cunctando repreſſiſti. Miſſam facio ad *Fabianum Precuntinorum* (ſic) oppidum celeberrimam pugnam, ubi tuos, dum abeſſes, iam pene fugatos adventu tuo redintegraſti, & hoſti iam partam victoriam e

ma-

manibus extorſiſti. Omitto brevitatis cauſa memorabile ad Senegalliam proelium, & atrociſſimam ad Riccardinam Aemiliae oppidum pugnam, ubi tua ſimul & tuorum militum virtus maxime claruit.

Quanta vero in obſidendis urbibus conſtantia, quanta in expugnandis prudentia ſis, Caſtellini declarat obſidio, cum nullis terroribus, nullis hoſtium copiis adduci potueris, ut ceptam obſidionem antea deſereres quam oppido expugnato deſiderii tui compos evaderes. Quod facinus non immerito Pius * eo tempore Pontifex Maximus, & in dicendo facundiſſimus litteris ad te ſcriptis summopere laudavit. Sed ut Fani ** expugnationem famoſiſſimam, & innumeras alias victorias tuas praeteream, hanc certe, quae propter rei magnitudinem & recentem memoriam in omnium mentibus verſatur, Volaterranam obſidionem tacitus praeterire non poſſum. Nemo enim eſt, qui non ſolum ex antiquis hiſtoriis, ſed ipſo viſu intuituque admonitus, ignoret Volaterranam civitatem *** in primis Italiae, natura munitiſſimam putari. Ea a nobis deſciſcens cum viris armiſque inſuper inſtructiſſima eſſet bimeſtri dumtaxat tempore obſeſſa in Florentini populi ditionem tua opera conſilioque redacta eſt. Gubernandi vero prudentia & agendarum rerum experientia quantum valeas potentiſſimorum Principum, rerumque publicarum

* Extat Epiſtola Pii II. data Nonis Octobribus 1462. ad Comitem Feltrenſem etiam in rara editione Epiſtolarum huius Pontificis an. 1487. quae incipit „ Si verus ad nos ſermo pervenit &c.

** Id contigit die XXV. Sept. an. 1463. Vide Murat. Annal. T. IX. pag. mihi 286.

*** Vide praeter alios, Codicem Rinuccinianum *Prioriſta* dictum, ubi an. 1472. menſibus Maio, & Iunio ita legitur „ Al tempo di queſti Signori, e a dì 17. di Giugno ſi riebbe Volterra, che ſi era ribellata dal Comune di Firenze, e eravi ſtato il Campo circa meſi due, e riebbeſi, che quelli drento aveano diſſenſione tra loro, cioè i Cittadini co' Contadini, e i Cittadini feciono i Capitoli col Conte d' Urbino, che vi era Capitano Generale, e con i Commiſſarii di darſi ſalvo lo avere, e le perſone; ma fu tanto lo impeto della gente d' arme, e maxime d' alcuni provigionati del Duca di Milano, che cominciarono a mettere a ſaccomanno la terra, e rubarono molte coſe, ma pure le perſone furono ſalve „.

carum conſenſus teſtatur, cum ab iis nihil magnum, niſi te prius conſulto ſuſcipiatur agendum; ut aulam tuam non unius civitatis, quod de iuriſconſulti domo Cicero dixit, ſed multarum provinciarum oraculum appellare poſſimus. Age vero ne ſemper bella & implicita curis negotia meditemur: quis hoc ocio & hac pacis tranquillitate, quam nobis divina benignitas praebet, uberius, quis iocundius, quis honeſtius quam tu, perfruitur; qui quod olim praeſtantiſſimi viri Romani fecerunt ad ſummam gubernandi prudentiam & exactiſſimam peritiam rei militaris, ſcientiarum etiam ornatum adieciſti, ut non minus belli quam pacis temporibus tua virtus eluceat? Declarat hoc aula tua doctiſſimis viris referta, quibus, ut plerique Principum ſatellitibus, atque cuſtodibus, ſic tu ſemper ſtipatus incedis. Declarant de rebus maximis & ad bene beateque vivendum ſpectantibus frequentes diſputationes, quae non ſecus atque in philoſophorum ſcholis te audiente quotidie celebrantur. Declarat inexauſta quaedam aviditas legendi, quae nullum diem lectionibus vacuum patitur praeterire, ita ut quidquid a rebus agendis & tuae Reipublicae gubernatione datur ocii, ad legendum potiſſimum conferas, iamque in ea re tantum profeciſti, ut poetarum, oratorum, hiſtoricorumque cognitione non contentus, philoſophiae & ſacrarum litterarum ſtudio vaces. Quo neſcio quid praeſtantius, quid honeſtius, quid optimo Principe dignius aut dici aut excogitari poſſit, quandoquidem in eo laboras, ut ſicut auctoritate, potentia, dignitate privatos homines antecedis, ita nullo virtutis genere ab iiſdem ſupereris, quod proprium Regis ac Principis munus eſſe teſtatur Ariſtoteles. Hinc igitur humanitas, hinc manſuetudo, hinc liberalitas, hinc fides, hinc animi invicta conſtantia, hinc illa regnorum parens & nutrix iuſtitia tibi provenere. Quibus fit ut iure optimo propter Platonis ſententiam felix beatumque regnum tuum appellare poſſimus, quandoquidem & a ſapiente gubernatur, & qui illud gubernat, quotidie fieri ſtudet ſapientior.

Has igitur virtutes mecum repetens & praecipuum erga ſtu-

dia

dia litterarum amorem tuum cogitans *, obſervantiam in te meam aliquo munuſculo tibi notam facere conſtitui, quod facultati meae conveniens & humanitati tuae iocundum fore putarem. Idque etiam feci libentius quod ex homine tibi deditiſſimo intellexeram hoc meum qualecumque ſit ſcribendi genus abs te non improbari. Narrabat enim vir ille te quandoque, dum Plutarchi libros lectitares, quibus clarorum hominum vitas moreſque deſcripſit, in eorum unum incidiſſe, quos olim in latinum converſos clariſſimis Civitatis noſtrae viris dicaveram: cumque rei, de qua agebatur materiam vehementer probares, tum vero interpretis orationem tuis auribus abunde ſatisfeciſſe dicebat. Nam M. Craſſi, Niciaeque Athenienſis parallilam, ut Graeci dicunt; tum etiam Lacaedemoniorum Regum Agidis, & Cleomenis uno eodemque libello contentam vitam Clariſſimo viro Petro Medici Coſmi filio dicavi. Deinde cum Ageſilai vita a Xenophonte ſcripta iampridem latine facta inter Plutarchi libros numeraretur, ego eam, quae revera Plutarchi erat, in latinum converſam miſi Laurentio Medici Petri filio, qui praecipuum avitae paternaeque gloriae ſpecimen & ornamentum ſupereſt. Haec autem haudquaquam hoc loco referenda putaviſſem, niſi in pleroſque libros formatim, ut ſic dicam, ſcriptos incidiſſem, quorum Scriptores incertum qua cauſa ducti earum, quas me tranſtuliſſe dixi, vitarum titulos commutaſſent, earumque translationes partim Antonio Tudertino, partim Guarino Veronenſi tribuiſſent, e quibus Antonius annos permultos antea mortuus eſt quam haec a me translata fuerint; Guarinus vero paulo ante Ageſilai traductionem vita deceſſerit. Ne quis igitur error legentium mentem perturbaret, ſi qui forte in eiuſmodi libros incidiſſet haec pauca tetigiſſe contentus ad inſtituta revertar. Cum enim ſolertiſſimam diligentiam tuam in conquirendis undi-

* Politianus aſſerit L. III. Ep. VI. de Laur. Med. & de Friderico, quod „ Hi duo auſi in tantis ſaeculi huius tenebris lucem ſperare, quaſique contra torrentem peſſimorum morum brachia dirigere; ergo & librorum pulcherrimam ſupellectilem ſibi compararunt, & doctos iuverunt, & ipſi ſtudia tractarunt „. V. & Fontium in Annal. ad an. 1472.

undique libris animadverterem putavi tibi fore non iniocundum, ſi virum ſapientiſſimum & Pythagoricae diſciplinae ſectatorem Apollonium Tyanaeum tuorum librorum multitudini adiicerem; cuius vitam doctiſſimus vir, & in ſcribendo accuratiſſimus Philoſtratus octo libris eleganter copioſeque deſcripſit, ita ut non peregrinationes tantum & egregia illius acta, ſed verba pene cuncta ſit complexus, ubi multarum gentium mores, complurium animalium figurae, diverſorum hominum ſapientia, varii de philoſophia loci copioſiſſime tractati reperiuntur, & Pythagoricae diſciplinae iam quaſi obſoletae praecepta continentur: ut mirer quod tandiu liber is latino caruerit interprete, praeſertim cum Divus Hieronymus omnium diſciplinarum accuratiſſimus inveſtigator in praefatione, quam ante Veteris Teſtamenti interpretationem edidit de hoc ipſo Apollonio loquens pluribus verbis & viri laudes & totius peregrinationis ordinem ſummatim attigerit.

Hanc itaque tam clari hominis vitam iampridem tuo nomine latinam facere aggreſſus, vix tandem proximis diebus abſolutam tuae prudentiae diiudicandam mitto, quod tui nominis auctoritate ſperem aliquid etiam ipſi interpretationi dignitatis acceſſurum. Atque ut ſumma totius operis cognoſci facilius poſſit, ſingulorum librorum materiam in quaedam capita breviter diſtributam collegi, quo minor ſit labor certum aliquid invenire volentibus.

Ac primus quidem liber Apollonii ortum educationemque, & Pythagorici ſilentii continet obſervationem, tum ſuſceptae ad Indos peregrinationis inſtitutum, & quo pacto ad Bardanem Babyloniae Regem pervenerit, quaeque illic egerit memoratu digna. Secundus liber Caucaſi tranſitum habet, & de natura moribuſque Elephantum narrationem, tum vero fluminis Indi qualitatem & originem, & Fraotis Indiae Regis mores ac ſapientiam: multa etiam de moribus Indorum ibidem tractantur. Tertio libro Iphaſidis fluminis, quod Phiſon plerique vocant curſus deſcribitur; & quae in ipſo aut ſecus ipſum naſcantur memoratu digna referuntur, ubi de piperis arboribus eiuſque collectione, de draconum variis generibus atque natura, tum de adventu ipſius ad Brachmanas,

& de

& de illorum victu ac moribus, diſputationibuſque cum illis habitis, & de ipſorum virtutibus multa narrantur. Quarti libri materia eſt Apollonii in Ioniam reditus & Epheſus a peſte liberata, eiuſdem quoque circum Graeciae Civitates peragratio, ubi mores hominum & Deorum cultum in melius redigens, cum Achillis umbra loquutus eſſe perhibetur: poſtea profectio ipſius in Cretam & tandem Romam uſque peregrinatio eius refertur. Quintus liber ſuſceptum iter ad Gades, & eiuſdem in Siciliam reditum narrat: tum de muſica, & poetarum virtutibus diſputationem affert; navigationem praeterea in Rhodum atque Aegyptum, ubi multa cum Veſpaſiano de gubernatione regni ſuſcipienda contra philoſophos Dionem, & Euphratem diſputavit. Sextus liber profectionem eius in Aethiopiam, & cum Gymnoſophiſtis congreſſum, acceſſumque eius ad Cataractas forteſque Nili viſendos habet. Septimus liber vocatum ipſum a Domitiano Romam veniſſe demonſtrat, & quo pacto diutius in carcere detentus, tandemque ad ſubſellia tamquam reus productus ſit. Octavus, atque ultimus liber accuſationem, vel interrogationem potius, & reſponſionem ad quaeſita nonnulla continet: ubi etiam oratio ab eodem compoſita, non tamen in iudicio habita ſcribitur; poſtremo de illius aetate & morte diverſae referuntur opiniones.

Tam longis igitur itineribus feſſum, & tot periculis perfunctum Apollonium nunc ad clementiam, liberalitatemque tuam velut in tranquillum portum confugientem, humaniſſime Princeps, benigne ſuſcipias rogo. Dignus eſt enim vel morum probitate, vel ſapientiae magnitudine, cui inter doctiſſimos viros ex toto Orbe collectos aliquis etiam apud te pateat locus; eritque tuae beneficentiae conſentaneum hoſpitem non aſpernari, quem clariſſimi & potentiſſimi Regis Bardanus Babylonius, & Fraotes Indus, tum etiam Romani Imperii gubernator Veſpaſianus hoſpitio familiaritateque libentiſſime ſuſceperunt. Vale.

SPopondi, ubi in Praefatione ſermo inciderat de Argyropylo, me ad eiuſdem calcem epiſtolas aliquas daturum ad eumdem ſpectantes. En fidem ſolvo.

Ex Cod. Strozziano 595. eruitur ſequens epiſtola, qua Donatus Acciaiolus Iacobo Lucenſi ſcribens, ita ei affatur.

*Donatus Acciaiolus Iacobo * Lucenſi ſalutem.*

CUm Iohannes Argyropolus Bizantius vir iampridem in Italia clarus, nunc vero in fortuna miſera conſtitutus, nuper Florentiam veniſſet, iſque antea propter ſummum ingenium eius, ſummamque doctrinam fama mihi cognitus eſſet, virum adivi, nec prius diſceſſi, quam eius familiaritatem conſecutus ſum. Vir enim mihi viſus eſt, non ſolum eruditus, ut fama audieram, ſed etiam ſapiens, gravis, & vetere illa Graecia dignus. Is igitur everſa nobiliſſima Patria, filiis in manibus barbarorum relictis, omnibus bonis ſpoliatus ad Pontificem confugere ſtatuit, quem unicum praeſidium fortunis ſuis in tanta rerum iactura futurum eſſe confidit. Quare cum tu apud Reverendiſſimum Cardinalem tuum, & Cardinalis apud Pontificem plurimum ei prodeſſe poſſit, te oro ſi me amas, ut hunc virum, quem ego non ſolum diligo propter virtutes ſuas, ſed etiam propter miſeras calamitates ſibi multum compatior, conſilio, ſtudio, opera quacumque potes maxime iuves, ut is intelligat commendationem meam fortunis ſuis aliquid profuiſſe. Vale Florentiae die 5. Auguſti 1454.

Donatus Acciaiolus Iohanni Argyropylo ſalutem.

MArcus Venetus familiariſſimus tuus, & propter tuam in me benivolentiam mei quoque amantiſſimus dixit mihi nuper habuiſ-

* Iacobus Ammannatus, de quo pag. 48., in territorio Lucenſi ortus, ſub Calliſto III. & Pio II. Brevium Apoſtolicorum ſcriptor, a quo ad Epiſcopatum Ticinenſem evectus eſt, quum illum antea in Piccolomineam adſcripſiſſet familiam. Quam fuerit elegantioribus ſtudiis addictus, eius epiſtolae, & commentaria typis edita declarant. Deceſſit an. 1479. IV. idus Septembris.

habuiſſe ſe litteras a te Bononiae datas, mihique tuo nomine ſalutem dixit, pro qua quidem re ſummas gratias tibi ago. Eam enim humanitatem, quam hic praeſens mihi declaraſti, abſens etiam tuis litteris maximam prae te fers cum oſtendis, te mei ſedulo eſſe memorem. Mihi verſa vice tu tuaque omnia non ſolum memoriae ſunt, ſed etiam tantae curae, ut diu noctuque cogitare non deſinam, niſi quonam pacto te virum doctiſſimum, meique amantiſſimum ornare dignitate, & beneficiis afficere poſſim. Tuae igitur fidei, & prudentiae eſt curare, ut quam primum ad nos redeas ea quidem mente, ut hanc civitatem tibi patriam perpetuo eſſe velis. Nam ſi ulla patria eſt, quae in graviſſimis caſibus fortunarum tuarum te delectare poſſit, haec eſt profecto, quae & pulchritudine ſua, & amenitate loci ceteris aliis eſt anteferenda. Iam vero mores horum hominum, natura, humanitas animum tuum movere vehementiſſime debent, ut in ea urbe vivere velis, in qua non barbari, non inſolentes viri, ſed humani, domeſtici, beneque morati homines vitam ducunt. Habes propterea hic permultos tibi familiaritate coniunctos, eoſdemque ſapientiae tuae amatores, quorum benivolentia apud te plurimum valere debet. De me vero quid dicam neſcio, quem vel amiciſſimum tibi, vel amantiſſimum ſapientiae tuae praeter ceteros habes. Sed haec omitto quae ante diſceſſum tuum familiariſſime inter nos, & amiciſſime diſputata fuerunt. Tuum igitur erit ad nos redire, noſtrum vero curare, ut rediens locum honorificum habeas, neque alienum a dignitate tua. In quo tantum laborabimus, quantum poterimus in eo conſequendo opera, & ſtudio contendere, & propter benivolentiam in nos tuam, & propter ſtudia in te noſtra. De negotio Marci Veneti, quod tu tantopere mihi commendaſti, puto te litteris ſuis certiorem eſſe factum. Res enim ex voto noſtro ſucceſſit, eamque nos opera noſtra maxime iuvimus, cum propter commendationem tuam, quae apud me vehementiſſime valuit, tum quia illae ſanctiſſimae reliquiae amplitudine huius civitatis non videbantur indignae. Supplicationes pro ea re ſolemni pompa factae

 fue-

fuerunt, & Marco noſtro debitum pretium perſolutum, ut ex eo poteris breviſſime cognoſcere *. Vale Florentiae die 6. Auguſti 1454.

Donatus Iohanni Argyropylo Bizantio ſal.

PAucis ante diebus ſcripſi ad te brevem epiſtolam, quam dedi cuidam amico ad te in Pelloponeſſum perferendam. Deinde Iohannes noſter Macedo dixit mihi, te adhuc eſſe Venetiis, ibique navem expectare, quae te erat in Graeciam portatura. Statui igitur exarare aliquos verſus, & ad te mittere, antequam iſthinc diſcederes, non tam quia aliquid habeam dignum auribus tuis, quam, ut intelligas, me tui non eſſe immemorem. Ego enim curſum tuum feliciſſimum cupio, reditum velociſſimum exopto, Deum fortunis tuis propitium eſſe vehementer precor. Cura igitur, ut valeas, & ſemper cogites de reditu tuo. Nos vero laborare non deſiſtimus, ut de te ſatis noſtro deſiderio fiat, & ratio maxime habeatur & utilitatis, & dignitatis tuae. Res Marci tui ex voto ſucceſſit, valdeque opera noſtra adiuta eſt, quam propter tuam commendationem ei diligentiſſime libentiſſimeque ſubſtitimus. Vale Florentiae 12. Auguſti 1454.

*Nomine Veſpaſiani ** Librarii ad Alfonſum Palentinum.*

QUidam familiaris Reverendi Patris, ac Praeſulis Hiſpalenſis reddidit mihi nuper elegantiſſimas litteras tuas, ex quibus non

* Quae tum in hac, tum in ſequenti epiſtola de Marco Veneto Donatus Argyropylo ſignificat, conſona ſunt iis, quae Fontius in Annalibus ad an. 1454. refert in hunc modum: „ Evangeliorum graecus liber Conſtantinopolitana clade ſubductus a Malcho quodam graeco homine Florentiam perlatus, ac magno emptus in ſupremi Magiſtratus palatio collocatur, ubi & Pandectarum libri Piſarum ſpolium adſervantur. Idem Malchus de ligno Sanctiſſimae Crucis & veſte Chriſti, relliquias ad nos pertulit, quae criſtallina in Cruce in Templo maximo Sanctae Reparatae adſervantur „.

** Veſpaſianus Philippi Filius Civis Florentinus floruit poſt medietatem

non mediocrem cepi animo voluptatem. Renovarunt enim memoriam amicitiae noſtrae, qua vivente Nicolao Pontifice, ita inter nos devincti coniunctique fuimus, ut mihi perſuaſum ſit nullum eſſe intervallum aut temporis aut loci, quod huic mutuae benivolentiae poſſit obeſſe. Diſtantia enim locorum, ut Ariſtoteles inquit, uſum amicitiae tollit, amicitiam non tollit. Tu de te ſcis, ego de me ipſo profitebor. Eae ſunt virtutes tuae, ea humanitas, ea in me merita, ut, dum vivam, immemor tui eſſe non poſſim. Sed ſi fuit umquam tempus ullum, in quo haec noſtra civitas te aut quemquam alium delectaverit, nunc procul dubio talis eſſe apparet, ut Florentiam illam, quae tibi ea tempeſtate, qua ſcribis tantopere probabatur, nunc in omni genere artium ſine controverſia ſuperet. Primum litterarum ſtudia numquam magis in hac urbe viguerunt, multique hic adoleſcentes, multique iuvenes reperiuntur eruditi litteris graecis atque latinis, plerique etiam ita Ariſtotelicis Platoniciſque diſciplinis inſtructi, ut in Academia educati videantur. Venit enim in hanc urbem Argyropylus * Bizantius ſtatim poſt obitum Nicolai Pontificis, vir praeſtans ingenio & doctrina, & vetere illa Graecia dignus, qui multos annos iuventutem Florentinam non modo litteris graecis, ſed etiam his artibus erudivit, quae ad bene beateque vivendum pertinere videantur. Itaque philoſophiam tum de vita & moribus, tum etiam de natura, ſumma cum elegantia antiquorum more & docet, & docuit. Plures Ariſtotelis libros latinos fecit, Platonis opiniones, atque arcana illa, & reconditam diſciplinam diligenter aperuit non ſine

tatem ſaec. XV. Bibliopolae artem exercuit, at cum eruditior eſſet, ac rariorum Codicum diligentiſſimus inveſtigator, apprime carus fuit Principibus & Litteratis viris. Patrio idiomate vitas ſcripſit illuſtrium aliquot virorum, qui ſuo tempore floruerunt, quorum nonnullae deinceps lucem etiam viderunt, reliquis in Bibliothecarum forulis deliteſcentibus.

* Quae Veſpaſianus verbis Donati hic aſſerit conſpirant cum iis quae Bartholomaeus Fontius dicit ad an. 1456. ,, Ioannes Argyropylus Byzantius Peripateticae philoſophiae doctor egregius magno ſalario Florentiam accitus ſumma omnium admiratione ad annos quindecim eſt profeſſus.

ſine magna audientium admiratione. Itaque nonnulli iuvenes antea litteris latinis egregie eruditi, cum nunc ad ſcribendi rationem litteras graecas, & philoſophicas addiderint diſciplinas, eo evaſerunt, ut opera nonnulla ediderint, elegantiſſima illa quidem, & omnium cognitione digniſſima. Praeterea haec noſtra urbs novis aedificiis pulcrior in dies ornatiorque efficitur. Incredibile dictu eſt quanto ſtudio cives ad conſtruendas egregias domos, & publica erigenda aedificia mentes converterint. Coſmus ipſe clariſſimus vir, nunc privatas domos, nunc ſacras edes, nunc monaſteria tum in urbe, tum extra urbem tot tantiſque ſumptibus condit, ut antiquorum vel Imperatorum, vel Regum magnificentiam aequare videantur. Bibliothecam inſuper egregiam ſtruit: libros undique colligit. Iam ego librariorum magnum numerum habeo, qui mercede ab Eo accepta libros & gentiles & ſacros ſcribunt. Graeci quoque libri undique conquiruntur, quos ille magnificus vir ſumma diligentia comparat non ſolum, ut ſibi gloriae, urbi ornamento ſint: ſed etiam ut doctorum hominum induſtriam iuvent. Sic igitur magis quam umquam antea Florentia floret non modo litterarum ſtudio, & nobiliſſimarum artium diſciplinis, ſed etiam pictura, ſculptura, aliiſque permultis, quae nunc omitto, ne in ſingulis recenſendis nimium nobis ipſis blandiri videamur. Sed ut ad rem noſtram redeam familiaris ille praeſulis Hiſpalenſis cum hinc decedens Romam proficiſceretur notulam librorum mihi reliquit, quos ille Reverendus Pater habere cupit. Ego vero avidus obſequendi dominationi ſuae poſt diſceſſum illius tot iam comparavi, ut iam maiorem partem eorum pro ſuo arbitratu habere poſſit, curavique deinde ut ceteri quoque in ſuo reditu adſint, eumque de omnibus rebus certiorem reddidi. Cum vero Reverenda dominatio ſua ad parandam hanc egregiam librorum ſupellectilem mentem converterit, & magnis laudibus optimam eius voluntatem efferendam cenſeo, & tibi etiam gratulandum puto, quod Dominum habeas ſtudiis & litteris & nobiliſſimis diſciplinis tam vehementer affectum. De re autem Clariſſimi viri Hugini Guthmani eam curam cogitationemque ſuſcepi, quam ſuae virtutes & ſua in

me

me merita poſtulant, & quamquam difficillimum ſit Macrobium illum de Saturnalibus ob ſui materiam in Tuſcam linguam transferre, curabo tamen, iamque operam dedi, ut ſatis ſuo deſiderio fiat. Nec (ut eum certiorem reddo) de hac re alias litteras ſuſcepi, cepiſſem enim multo antea huic rei operam dare, ſi prius eius deſiderium cognoviſſem. Nihil enim mihi antiquius eſſe nec quicquam gratius videri poteſt, quam morem gerere voluntati ſuae, cui ego tantum debeo pro ſuis ſingularibus virtutibus, & ſummis in me officiis, ut humanitas eius cum grata recordatione ante oculos meos ſemper verſetur. Quod vero reliquum eſt te certiorem faciendum puto, Iacobum Pandolfinum, qui has tibi litteras reddet, adoleſcentem eſſe nobilem, probum, & optimis moribus inſtitutum, & mihi amiciſſimum, quatuor habet fratres omnes litteris eruditos, & ſumma mecum familiaritate coniunctos. Quare te rogo, ut quibuſcumque rebus potes, potes autem plurimis, favere ei, & morem gerere pro noſtra amicitia velis. Quod ſi etiam Reverendus praeſul eo in libris transferendis uti vellet: homo eſt ipſe, & ſui etiam fratres omni fide digni, & ſi quid ad rem pertinet etiam locupletes. Vale Florentiae die XXIV. Septembris 1463.

Iohanni Argyropylo.

PLuribus verbis reſponderem literis tuis praeſtantiſſime vir niſi ſcirem tibi iamdium perſpectam eſſe naturam & conſuetudinem meam cui ſemper iuſtitia carior fuit quam ea quae a pleriſque ſumma ampliſſimaque putantur. Benedictus de Banzano non ignorat, me parentis loco eum coluiſſe & foviſſe etiam quaedam negocia ſua quae Romam venienti mihi commiſerat. Ego Rainaldum de Banzano propinquum ſuum amiciſſime ſum allocutus operamque dedi ut dum in hac urbe verſarer ſi non excellentis oratoris, attamen non improbi hominis publicis pariter ac privatis rebus officium preſtarem: mandatis Dominorum meorum parendum putavi, in quo nemo mihi ſuccenſere poteſt nec debet. Sed quia me brevi Florentiam rediturum confido brevitati conſulam & haec in adven-

adventum meum differam. Nam cum alloquar praeſtantiam tuam facile me ei, & illis nobilibus viris ſatisfacturum exiſtimo. Romae 22. Iulii 1471.

D.no Io. *

ROmam iam te incolumem veniſſe & a S.te SS.mi D. N.ri humaniſſime fuiſſe receptum credimus idque audire non ſolum cupimus, ſed etiam ſperamus. Ea eſt virtus tua ea Summi Pontificis benignitas, ea in te benivolentia. Quod ſi res ex voto ſucceſſerit, fac queſo amicos tuos de omnibus certiores, ut tecum gaudere tibi gratulari non mediocriter poſſint. Equum quem ex praeceptis tuis Romam mittere debebam me inſcio ad te miſſum eſſe reperies eumque commendatum fuiſſe homini fideliſſimo. Hoc ſcire volui preſtantiam tuam quam diutiſſime valere cupio eamque rogo ut me S.ti D. N. & Reverendiſſimo D. Papienſi vehementer commendet. Vale Flor. die 17. Auguſti 1471.

Facile haec omnia ex teſte Synchrono animadvertet lector ad conciliandos Scriptores, qui de Vita Argyropyli tractarunt, & poſteriore aevo floruerunt.

* Quamvis nullum alium titulum haec Epiſtola quam Domino Io. praeſeferat, tamen coniectura aſſerere poſſe videmur Romae Argyropylo fuiſſe redditam.

DE Legatione Alamanni ad Syxtum IV. pauca praefari oportet, quum praeſertim omnes eae literae deſint, quas Alamannus Reipublicae ſcripſit, dum Oratoris munere fungeretur. Cauſam, ob quam miſſus fuerat Romam, ipſemet aperit in laudato Prioriſta, ut attulimus.

Ceterum praeter ea quae adnotavimus pag. 14. de hac romana legatione, iuſſus etiam fuiſſe videtur Alamannus a Prioribus, & Vexillifero Iuſtitiae, ut literas Pontificias, ſive ut vocant, Breve Apoſtolicum a Syxto IV. impetraret, quo Reipublicae liceret ad annos quinque exigere a poſſeſſoribus bonorum Eccleſiae in ditione Florentina annuos florenos quinque mille pro ſubſidio Gymnaſii Piſani, ut obtinuit, ac huius ſubſidii commiſſarios elegit Pontifex Antonium Allium Epiſcopum Volaterranum, & Franciſcum Altovitam Abbatem Generalem Ordinis Valliſumbroſae, quibus etiam videtur poſtea per alias literas Pontificias additus Archiepiſcopus Piſanus, adnitente ipſomet Praeſule qui Pontificis gratiam inierat, & eo tempore Romae morabatur, ut magis magiſque, ut dicebatur, obtentum Breve confirmaretur, atque in ſuo robore permaneret. Utrumque datum fuit anno 1476. primum die XII. Ianuarii S. C. & affertur a Cl. Ang. Fabronio in Hiſt. Acad. Piſ. p. 422.: alterum menſibus poſterioribus, ut addiſcimus ex Actis huiuſce Legationis, & ex Epiſtola Cennini Scribae Gymnaſii, quam ſubiicio ex Med. Tabul., ex qua apparet Dieciaiutum Moritum Canonicum Florentinum, & Abbreviatorem, ut vocant, Apoſtolicum miſiſſe hoc poſtremum Breve Ser Chello Priori S. Mariae Capitolinae, a quo Archiepiſcopo Piſano fuit redditum. En epiſtola.

Petrus Renninus Magnifico Laurentio Medici perpetuam felicitatem D.

CUm perquireret Iuſtitiae Vexillifer Breve Sanctitatis Summi Pont., ab eo nobis conceſſum de quinque millibus in ſumptus Gymnaſii liberalium artium Piſis tua opera erecti nec inveniret, accerſiri nos iuſſit: docuitque, uti acceperat ex illo Divae Liberatae Canonico, cui Dieciaiuti nomen eſt: Ser Chellum Priorem S. Mariae Capitolinae attuliſſe a Pont. Max. literas, ideſt Breve, ut aiunt, forma bona, idque relinquere recuſaſſe: quod ad Piſanum Archiepiſcopum perferre vult: id te ſcire oportere arbitrati ſumus: atque ea de cauſa tibi nunc ſignifico, ut recte rem Gymnaſii procurare poſſis. Ego vero ſi umquam alias nunc tibi maxime commendatus eſſe cupio. Vale feliciter, & me ama. Ex Florentia die XIII. Auguſti MCCCCLXXVI.

Poſtea menſe Maio exeunte Alamannus per literas ſignificat Reipublicae, manſionem Romae minime eſſe tutam ob peſtilentiae iam ingruentis metum, quibus ſub die XXX. Martii fuit reſponſum, ut omni ope ſuam curaret valetudinem, & bene laudabiliterque ab eo fuiſſe propoſitum in hoc calamitoſo rerum ſtatu exemplum Oratoris Veneti ſequi, & permanendum, aut diſcedendum, ubi ille permanſerit, aut diſceſſerit, ut ſicut in itu fuerunt ſocii comiteſque, ita etiam in reditu ſint futuri. Circa finem Aprilis iterum ſuum reditum ſollicitat. Tandem menſe Iunio ineunte, Papa Viterbium petit, quo ſequuntur Oratores, & Alamannus noſter. Interea Alamannus Praetor Florentiolae creatur, & ad finem menſis eiuſdem proficiſcitur Etruriam verſus.

Ad Legationem revertamur. Praeit Inſtructio, quam Reſp. Veneta dat ſuo Legato, quae reliquis foederatorum communis eſſe debet; ſequitur dein Inſtructio Reip. Flor. quae quamvis communis ſit, & Alamanno, & Raynaldo Urſino tunc Florentiae Archiepiſcopo, ac Romae moram trahenti; tamen poſt unam aut alteram epiſtolam ab utroque obſignatam, ob abſentiam Archiepiſcopi a Roma, Legationem ſolus obit Alamannus abſque ullo ſocio, eaque ad finem perducta Florentiolam it, miſſa ad Senatum relatione de rebus ab Eo in eo munere geſtis.

V.

Exemplum mandati Oratoris Veneti quoad primam expoſitionem & practicas Curiae attinet.

IN Urbe ſtatuto vobis ad audientiam die ite ſimul ad praeſentiam Summi Pontificis, & exhibita convenienti, & debita reverentia, commendatiſque de more dominationibus noſtris vel ab uno veſtrum omnibus tribus, vel ab unoquoque ſuo ſicut eritis inter vos concordes: ſumma veſtrae expoſitionis comunicata, iam ut noſti cum Illuſtriſſimo D. Duce, & excelſa Comunitate Florentiae eſſe debet in hunc effectum. Ut ſcilicet magnopere laudetis, & extollatis piam & religioſam mentem, & ſtudium Summi Pontificis diſpoſiti & animati ſuccurrere labentibus Chriſtianis rebus, & niſi conſilio, auctoritate & ope Sanctitatis ſuae, reliquorumque Principum, & Potentatuum auxiliis firmentur, & protegantur in ultimam & irreparabilem calamitatem deciſuris; & haec pars neceſſitatis, & periculi rerum cum laudatione Pontificii propoſi-

poſiti, & intentionis amplificanda a vobis fuerit pro dignitate tam perſonarum, quam rerum pro tempore & loco graviter, & accomodate, ne quid deſit magnitudini rerum, aut redundet in materia totiens antehac expoſita inter rata, & multifariam quodammodo decantata. Poſteà ſubiungite Principes & dominatus veſtros religioſos & Catholicos ad ſuſtinendam fidem, & Religionem optime ſemper fuiſſe, & eſſe diſpoſitos, ſicut non ſolum ratio facile ſuadet, ſed ipſa experientia perſpicue docet. Qui ab eadem Sanctitate moniti & requiſiti, ut ſuos mitterent Oratores alacriter paruere, & veſtras miſere perſonas audituras devoto, & reverenti animo, quaecumque Sanctitas ipſa propoſitura & dictura in huiuſmodi fidei negocio ſit, & cum feſtinantia noticiam daturam veſtris Dominationibus. Si Sanctitas ſua de opinione & ſententia veſtra deque intentione veſtrum trium ſive alicuius veſtrum circa aliquid particulare, vel agendum, vel conſultandum, & deliberandum vos interrogaret, poſtquam ſimul conſulere inter vos oſtenderitis, reſpondete dominatus noſtros miſiſſe vos requiſitos, & monitos, ut dixi, directuri ipſi ſunt greſſus ſuos, & propterea Beatitudo ipſa omnia de ſua opinione, & mente circa omnes particularitates explicare dignetur, ut dare Principibus veſtris notitiam celerem valeatis, & nitimini quantum in vobis fuerit ab eadem Beatitudine elicere totum id quod poſſibile ſit de opinione, & propoſito Sanctitatis ſuae non ſolum in genere, ſed circa omnes particularitates, ut nobis munitam & diſtinctam informationem dare valeatis, & remota diuturnitate practicarum & confuſione atque incertitudine, quae in univerſo & generali omnium materiarum, & negociorum eſſe ſolet, veniri e veſtigio poſſit ad particularia, & conſequenter ad exitum & concluſionem rei, non ſuſtinentibus periculis ingruentibus illam cunctationem. Nam, ut veriſimiliter poteſt exiſtimari, priuſquam in Curia ſitis, intelligetur quo in ſtatu res Chriſtianae ſint, fururaeque brevi curriculo ſint, & an deceat morari ad ſuppetias ferendas, & quantum ab illius Beatitudine elicere omni ſtudio, & induſtria poteritis per volantiſſimos tabellarios ſcribite.

Viſitatote Reverendiſſimos DD. Cardinales omnes tres ſimul, & ſemper eſtote in omni agenda re ſimul: in via ſimul & in omni celebri loco, & omnia inter vos comunicate, quaerite & operamini cum tanta inter vos concordia, & conformitate, ut unius eiuſdemque dominatus potius quam trium eſſe ab omnibus videamini, & intelligamini Oratores. Cum Cardinalibus in prima viſitatione ea habetote verba poſt generalia quae vobis videantur eſſe unicuique pro ingenio, & conditione accomodata, ſcilicet quae tamen ſunt ad propoſitum, & ex uſu rerum, & materiae Chriſtianae.

Commiſſione d' Alamanno Rinuccini a Roma.

ANderai a Roma inſieme cogli Imbaſciadori de' noſtri collegati Viniziani & Duca di Milano, dove t' abbiamo electo inſieme col noſtro Reverendiſſimo Arciveſcovo noſtro Imbaſciadore. Entrato in Roma ſubito ti troverai col tuo collega Arciveſcovo ſopradetto, e faraili comune le tue commiſſioni & le lettere della Credenza che tutte ſono tue inſieme colla ſua Reverendiſſima Paternità, & inſieme ſempre, ſe non quando neceſſità impediſſe, concorrerete ſempre a ogni atto, che s' aveſſe a fare coſtì dove s' abbi a intervenire in nome noſtro. Quando cagione neceſſaria fuſſe, ſiamo contenti che ciaſcuno di voi ſolo poſſi eſercitare l' ufficio di queſta legazione. La commiſſione voſtra è quella che è ancora degli altri Oratori de Collegati ſcripta a Vinegia, di che harete con queſta copia. In ogni atto ſeguirete quanto in quella è ordinato, & havuto audienzia dalla Santità del Papa, & preſentate le lettere della Credenza, & fatte le conſuete ceremonie & generalità, parlerà di voi chi ſarete reſtati d' accordo, o uno per tutti, o ciaſcuno da per ſe ſecondo la ſopraſcripta inſtructione di che avete copia. Et così in tucte l' altre coſe metterete ad effecto quanto in quella ſi contiene. Paſſando da Siena ſe ſi troveranno a uno tracto teco gl' Imbaſciadori de noſtri collegati o tucti, o uno viſiterai quella Signorìa, & non viſiterai ſecondo che o uno, o amenduni parrà; nella abſentia loro anderai a viſitare quella Signorìa, &

chie-

chieſto prima audientia pel ſuo Cancelliere, & havutola preſenterai la lettera della Credenza che ſarà con queſta & quella lecta dirai eſſere mandato a Roma da noi & la cagione della tua andata eſſere in effecto la requiſitione del Papa per tractare de Provvedimenti contro al Turco & che t' aviamo comandato, che nel paſſare viſiti quella Signorìa & ſaluta per noſtra parte le Signorìe Loro & offera largamente ogni noſtre coſe, le quali tucte ſono comuni a Loro per la noſtra amicitia pregandoli ancora che piglino ſicurtà di te, ſe in queſta tua legatione puoi fare coſa che poſſi eſſere loro grata, & ſe in alcuna coſa ti richiedeſſino vogliamo che liberamente & con quella medeſima diligentia che metterai ad executione le commiſſioni noſtre, gli compiaccia. Quando viſitaſſi quelle Signorìe inſieme con altri de noſtri collegati, come di ſopra ſi dice, uſerai quelle parole, che ti parranno covenienti, & come reſterete d' accordo non uſcendo de ſopradetti effecti. Arai a mente &c.

Quum Florentini intellexerint, ut ſuperius innuimus pag. 12. in notis, Galeatium Mariam Sfortiam Mediolanenſium Ducem, nullum non movere lapidem ut Eccleſia Pontremulenſis quae ſuae ditionis erat ad Sedem Epiſcopalem eveheretur, atque ut ex Dioeceſi Lunenſi (cuius Cathedralis ab Innocentio III. Sarzanam translata fuerat, dein a Nicolao V. perpetuo illi Sedi unita) componeretur, quamvis territorium eſſet Florentinorum; verentes ne hoc in dedecus Florentini nominis cederet, commiſerunt Alamanno, ut omnem adhiberet operam, ne id ullo modo eveniret, iuſſeruntque, ut totum hoc conſilium cum Cardinale Bononienſi, & Epiſcopo Lunenſi communicaret, qui eorum intererat, ne hoc fieret.

Alamanno Rinuccino.

HAbiamo notitia & di luogho di fede, che il Duca di Milano tenta coſtì di fare Veſcovado a Pontremoli & iſmembrare il noſtro di Luni che oggi è di Sarzana. Sarebbe coſa che nocerebbe alla dignità della noſtra Città & crediamo facilmente ſi potrà reſiſtere perchè ſono coſe difficili a obtenere di mutilare l' auctorità e Dioceſi de' Veſcovi, ma biſogna te ne governi pru-

den-

dentemente perchè ſai l' amicitia noſtra collo Illuſtriſſimo Sig. Duca di Milano, & quantopiù prudenti i modi quando s' ha tractare cogli Amici coſe non amiche. Sarai coſtì in ſul facto & ingegneratti in ogni modo impedirlo & crediamo, che ſe ne conferirai col Reverendiſſimo Cardinale di Bologna & il Veſcovo di Luni che hanno proprio intereſſe in queſta cauſa, aiuteranno aſſai & a te reſterà minor fatica.

Alamanno.

LE tue de' 7. da Roma & de X. da Viterbo non hanno biſogno d'altra noſtra riſpoſta, hai fatto bene adviſare con diligentia d' ogni coſa, così ſeguita per lo advenire, mentre ſe eſſi & noi penſeremo alla licentia tua per la importantia dello Uficio che hai ad eſercitare & altra volta ſopra di ciò ti ſcriveremo. Die XV. Iunii 1476.

Alamanno Rinuccino.

ALl' ultima tua di Viterbo non accade riſpondere alle parti, & noi havendoti à dare licentia per la neceſſità dello uficio del Vicariato di Firenzuola, habiamo poco che ſcriverti. Alla havuta dunque della preſente, la quale ti mandiamo per uno Cavallaro de noſtri andrai a ritrovare la Santità del Papa, & ſe comodamente non indugiando ancora tanto che non ti laſciaſſi eſſere ancora à tempo al tuo Uficio, potrai havere audientia; dirai alla Santità ſua la neceſſità del tuo partirti, e della licentia noſtra per la oſſervanza delle noſtre leggi, & che non pare ancora che la tua ſtanza più ſia molto neceſſaria per riſpecto che per quanto appartiene a noi, eſſendo ſtato dato perfetione a queſta contributione d' Italia, non vediamo maximamente in queſto ſoſpecto della morìa, & mutatione & diverſità di luoghi a quello che poteſſe più fare frutto la tua ſtanza, & ſpecialmente non havendo noi in animo di mutarci della noſtra taxa de 15.m ducati

da

da quello che altra volta habiamo deliberato, & a te ſcripto, benchè dalla Illuſtriſſima Signoria di Vinegia ſiamo confortati di levar via quella conditione di 200.^{m} ducati & concorrere in ogni ſomma, che ſi riſcoteſſe, & ripeterai qui alla Santità ſua che fu accepta la noſtra taxa nella ſomma de 300.^{m} & fummo giudicati liberali taxatori, & dalla Santità ſua & dalla Illuſtriſſima Signoria di Vinegia, & dipoi richieſti in quella minore quantità de' 200.^{m} ducati doveſſimo concorrere, & non diminuire la taxa noſtra, benchè ci parve molto eſſere gravati, nondimeno per piacere alla Santità ſua le conſentimmo, & così teniamo fermo, & ſempre che biſognerà ſecondo queſta noſtra taxa & conditione d' eſſa faremo il noſtro debito. Dipoi preſo licentia dalla Santità ſua parlerai con gli Imbaſciatori de' noſtri collegati, & dirai la neceſſità, perchè ti diamo licentia, & ritorneratti. Non potendo havere audientia dalla Santità del Papa, havendo prima fatto ogni tua diligentia, & ogni dimoſtratione di volerla, parlerai con gli Imbaſciatori ſopradetti, dimoſtrerai il tuo gran diſpiacere d' havere a partire ſenza tale audientia, ma la neceſſità della obſervantia delle leggi, & il tempo prefiſſo del tuo Vicariato ti coſtringono; & conferito con loro, & maxime col Vinitiano quella parte della taxa, & del fermo animo noſtro, & deliberatione & la iuſtificatione, ti ritornerai a tempo che poſſi eſſere il dì del termine a pigliare il tuo Uficio. Vale die XX. Iunii 1476.

Alamanno.

SPectabilis Civis noſter Cariſſime. Per riſpecto, che non è paruto all' Uficio degli X., che venghi quì, acciochè reſti ſanza queſto peſo habiamo in queſto dì per noſtra deliberatione finita la tua legatione, & per riſpecto che ſecondo le noſtre leggi dovevi venire a riferire a bocca, non lo potendo fare t' habiamo dato facoltà di poterlo fare per tutto queſto dì per lettera, e mandianti uno Cavallaro, al quale darai ſcripta la relatione, che dovevi fare a bocca della tua legazione. Die XXX. Iun. 1476.

Et

Et iam tempus eſt toties adhibitum Codicem Rinuccinianum *Prioriſta* appellatum recenſere.

Inter Codices MSS. Bibliothecae Rinuccinianae extat Codex Cart. in f. min. ſaec. XV. conſtans foliis 243. qui *Prioriſta* inſcribitur exaratus manu partim Philippi Cini Rinuccini F., partim Alamanni Philippi F. Cini N., qui quod Philippus parens incoeperat, continuavit: ſingulis fere laterculis, ubi notantur bimeſtres Priores, & Vexillifer Iuſtitiae ex noſtrae Reip. more, adiiciuntur ea quae evenerunt notatu digna in noſtro regimine. Scriptum autem eſſe manu Alamanni eruitur ex fol. 40. in quo poſt relatam narrationem occubitus Dantis Alighieri, cuius compendioſa texitur vita, ſubditur manu Alamanni: „ Queſte coſe tratte di buoni luoghi ſcriſſe quì Filippo di Cino di Meſſer Franceſco Rinuccini, e ordinolle come ſi leggono, e così ſcriſſe ovvero fece ſcrivere il reſto di queſto Prioriſtò fino a che Egli viſſe, che fu fino all'anno 1460., che benchè viveſſe fino all'anno 1462. niente di meno non aveva meſſo a queſto libro i Priori ſuti tratti, ma gli aveva notati in un certo foglio per mettergli a libro, e morendo Lui nel detto anno 1462. Io Alamanno ſuo figliuolo ſeguitai tale opera di ſcrivere i Priori tratta per tratta, e di fare menzione di alcune coſe notabili occorrenti ſecondo i Priorati „.

In prima pagina manu recentiori legitur haec memoria: „ Queſto Prioriſto che fu de figliuoli di Neri di Filippo di Cino di Meſſer Franceſco Rinuccini, ſendo detto Prioriſto ſtato rubato fu ritrovato in mano di Piero del Laſca rigattiere, e l'aveva venduto a Ser Alfonſo di Carlo Strozzi, al quale rendetti e ſua danari, e lo riebbi queſto dì VIIII. Gennaro 1569. in Firenze „.

Mereretur hic Codex adiungi ſcriptoribus rerum Italicarum. Aſt in praeſentiarum lubet ſolummodo, quando opportunitas adeſt, inſigniora exſcribere loca quae ad rem noſtram facere poſſent, ut iam fecimus, & deinceps ſumus facturi. Codex hic celeberrimus eſt, ac memoratur ab Ioanne Cinellio in Hiſt. Litt. Flor. Bibl. Magl., ab eius continuatore Antonio M. Biſcionio, atque etiam a Cl. Angelo Fabronio in Vita Laur. Medices p. 224. n. 118. in notis.

Ala-

ALamannum noſtrum intendiſſe omnibus nervis, ut domi ſuae coetus litterarius coaleſceret, apertiſſime conſtat ex iis, quas hic afferre lubet epiſtolis.

Prima igitur eſt illa, quam Donatus Acciaiolus mittit ſingillatim ad tres amicos, videlicet Marcum Parenti, Antonium Rufum, atque Rinuccinum ipſum, a quibus unis ſuſpicabatur, nec immerito, potuiſſe exoriri conſilium de umbratili Academia inſtituenda, id quod incompertum Ei erat ſuppreſſo in miſſiva epiſtola nomine auctoris.

Ex altera lector comperiet non falſum utique Donatum fuiſſe in ſua ſuſpicione de praedictae Academiae inſtitutore & ſociis: in ea enim illis lubenti animo gratulatur, & currentibus quodammodo addit calcaria, atque in maximas ſpes adducit.

Tertia eiuſdem Donati ad Rufum miſſa nullum ambigendi locum relinquit, quin apud Rinuccinum praedictus coetus ſtatis horis coiret; ea enim de conveniendi ſimul hora & de loco apertiſſime agit.

VI.

Donatus Acciaiol. M. Parenti, Ant. Ruſo, Alam. Rinuc. ſal.

1. NOn potuerunt litterae tuae, quas Veſpaſianus familiaris noſter paucis ante diebus ad nos detulit non vehementer nobis omnibus eſſe iocundae, quibus etſi amici incerti, nobiſque incogniti nomen eſſet adſcriptum: cognoſci tamen facile poterat orationis ornatu & plane intelligi, hominem eſſe diſertum, eruditum, humanum, qui tam benignas tam graves tam ornatas litteras ſcripſit. Sunt enim ſplendidae maximeque latinae, & humanitatem quamdam praeſeferunt ſumma animi liberalitate coniunctam. Itaque lectis his litteris cognitaque tua ſcribendi facundia incredibili amore excitati ſumus non modo ad te amandum, ſed etiam ad imitandam induſtriam tuam, amplexandaque ſtudia doctrinae, quae videmus a te divinis laudibus in Coelum efferri. Quae ſunt enim tuae cohortationes? quae monita? quae deplorationes noſtrorum temporum? quanta a te de litterarum iactura, ſummaque omnium artium obſcuritate pie, dolenterque dicuntur? haec eadem nos ſaepe deflevimus, ſaepe calamitatem bonarum artium deploravimus, ſaepe Leonardi & Caroli Aretini interitum lacrimis proſequuti ſu-

mus, non ignari eorum vita vixiſſe ſtudia litterarum, morte autem una cum illis pene eſſe extincta. Quare hortamur omnes qui id facere poſſunt ut ea reſtituant in priſtinum ſtatum, & in lucem excitent nobiliſſimam omnium artium diſciplinam iam in ſummo ſquallore, ſummaque obſcuritate noſtrorum hominum conſtitutam. Utinamque ea eſſent in nobis ingenia, ea ſtudia doctrinae, quae ſatis eſſent ad tantum onus ſuſcipiendum: profecto tuo iudicio confirmati aggrederemur clariſſimum opus & immortalitate perpetuaque gloria dignum. Verum cum ingenii noſtri vires exiguae ſint: doctrina aut nulla, aut mediocris; facilius haec ſtudia lugere poſſumus quam labore, aut ingenio noſtro iuvare. Quamquam quid fruſtra comunem litterarum calamitatem deploramus? quid ingemiſcimus doctiſſimorum hominum interitum feliciſſimum? an obliti ſumus tempora inimica virtuti nos eſſe ſortitos & in ea Rep. natos in qua nefandi & ſceleſti, minimeque periti maiori in pretio ſunt quam aut boni homines aut litterati? Etenim perſpicere licet permultos virtutis expertes qui graviter, & moleſte ferunt alios ea ſcire quae neſciant: quos offendit ſtudium, labor, & induſtria liberalis, qui litterarum & bonarum artium inimici naſcuntur, inimiciſſimi adoleſcunt, adulti eis indicunt bellum, quaeruntque ignorantiae ſuae ſocios habere quamplurimos. Alii autem maledictis inſectantur eos, quos viderint litteris delectari, pecuniarum non admodum cupidos, inſanos appellant, & hodiernae vitae omnino ignaros: quippe qui hominem minus divitem parum exiſtimari & honorari dicant, etiamſi Platonis eſſet, aut Ariſtotelis ſapientiam conſequutus. Haec ſunt praemia doctrinae, & doctis tributa ab his qui non tam virtutis immemores dicendi ſunt, quam alienae laudis inimici. Quare ſi doctorum hominum ſumma paucitas reperitur, non mirandum eſt, nec tantopere deploranda fortuna litterarum. Talis hominum natura, & patriae noſtrae conditio potius ingemiſcenda eſt, infinitiſque lacrimis proſequenda. Verum cum excellentia virtutis tanta ſit, ut etiam ſine ulla propoſita aut honoris, aut utilitatis ſpe ſit per ſe ipſam expetenda, non debemus retardare ſtudia noſtra ob nequitiam alienam, turpiterque

com-

committere, ut imperiti homines laetentur, cum viderint relinqui a nobis praeſtantem & liberalem exercitationem litterarum. Itaque adhortationes tuae in animis noſtris facile inſederunt, & cogitationes noſtras concitarunt, ut in eam diſciplinam ſtudioſius operam demus quam umquam antea, quae poteſt animos noſtros omni cura liberare, & in ſumma tranquillitate collocare. Te igitur rogamus, ut ad nos saepiſſime ſcribas, ac ſi tua amicitia non ſumus indigni, fac ut ſecundis litteris cognoſcamus hominem tantopere nobis affectum, ut poſſimus amorem amori, humanitatem humanitati tuae viciſſim reddere. Vale XVIII. Ianuarii 1454.

DD. Amicis Marco P. Alamanno Ri. Ant. Ru. Donatus Acc. ſal.

2. CUm ex quodam familiari meo nuper cognoviſſem: vos ſummo ſtudio ſummoque animorum conſenſu exercitationem quamdam ſuſcepiſſe litterarum, in eaque ſingulos dies elaborare, incredibilem animo cepi letitiam, & Deo gratias egi qui ad hoc tam laudabile tamque praeclarum munus ingenia veſtra excitavit. Vos autem perpetua quadam & infinita laude efferendos cenſeo qui in tanta penuria vel potius orbitate doctorum hominum ſtatuiſtis non ad inane otium aut ad turpes voluptates, ut plerique faciunt, ſed ad praeſtantiſſimarum litterarum exercitationem glorioſumque laborem omnem operam veſtram ſtudiumque conferre. In quo quidem eo maior nunc vobis gratia eſt habenda quam umquam antea, quod haec ſtudia quaſi ſine patronis relicta multorum ope & auxilio indigent ad recuperandam priſtinam dignitatem uſitatumque ſplendorem, qui aut obſcuratus aut pene extinctus eſt eorum morte, quorum ille vita plurimum potiſſimumque vigebat. Non enim a vobis ignorari exiſtimo quantum damnum Leonardi & Caroli Aretini interitu fecerint latinae litterae & omnes artes libero homine dignae quae quidem nunc quanto maiore in obſcuritate verſantur, eo vehementius a vobis excitandae ſunt & in lucem revocandae. Hoc enim proprium eſt veſtrum munus ut ſint opera & labore veſtro clariora haec ſtudia litterarum, idque dicunt omnes qui intelligunt

quae ingenia quantaeque facultates in vobis ſint, nec ignorant quam libenti animo in huiuſmodi ſtudio laboretis. Exerceant igitur operarii mechanicas artes qui earum humilitatem ferre poſſunt: animi autem veſtri qui nihil umquam humile nihil demiſſum nihil ſervile appetiverunt, altitudinem conſectentur & excellentiam litterarum & ſecum ipſi cogitent quam ſit praeclarum & glorioſum ſcientia cognitioneque rerum ceteris hominibus antecellere. Proponant ante oculos ſuos Pythagoram Platonem Democritum a quibus propter diſcendi cupiditatem videmus ultimas terras eſſe peragratas: proponant Socratem illum Thebanum quem ferunt maximum pondus auri abieciſſe in Mare cum ſibi perſuaſiſſet non poſſe ſe & divitiis & ſapientiae operam dare: proponant ſibi quamplures alios qui res familiares ſuas & patrimonia neglexerunt ut ſolam nudamque virtutem expediti nudique ſequerentur. Omitto vigilias labores incommoda corporis pene immenſa, quae a ſapientibus viris videmus eſſe ſuſcepta ut ſcientiam cognitionemque rerum quam maximam poſſent, ſibi compararent. Sed ineptum eſt excellentiam litterarum quae infinitis laudibus celebranda eſſet, epiſtolae brevitate velle complecti, tum ea commemorare quae a vobis longe melius intelliguntur quam a me explicentur: quod quidem perſpicere licet ex liberali ſtudio veſtro ita aſſumpto a vobis & conſtituto, ut facta quadam conſpiratione virtutis ad id ipſum omnes veſtras facultates conferretis quorum veſtigia ſi reliqui huius civitatis qui & ingenio & natura plurimum valent ſtudioſe imitarentur, ſperarem aliquando fore ut litterae ad tantum lumen ſplendoremque venirent, ut non magnopere priſcorum gloriae invideremus. Nunc vero cum quotidie creſcat imperitorum turba, paucique admodum ſint qui aut velint aut poſſint litteris inſervire, nemo dubitare poteſt eas brevi tempore ad nihilum eſſe venturas, niſi induſtria & labore veſtro paucorumque aliorum ſtudio auctae fuerint & adiutae. Quod ut libenti conſtantique animo faciatis non modo vos hortor ſed etiam rogo, oroque ut me ſtudiorum veſtrorum veſtraeque virtutis amantiſſimum amiciſſimumque diligatis. Flor. XXI. Decembris 1454.

De-

Donatus Antonio Ruſo.

3. CUm Marco & Alamanno qui iure ſunt & merito eſſe poſſunt noſtrae Academiae principes viſum ſit horam illam veſpertinam quam ad legendum conſtituimus occupationibus ſuis incommoditatem afferre, ſtatuerunt eam permutare ad priſtinamque redire. Quare cum nullum ſit maius in amicitia vinculum quam conſenſus ſocietaſque conſiliorum & voluntatum, eorum deſiderio ſtatim obtemperandum putavi teque certiorem reddere, ut ſi idem tibi faciendum videtur XIIII. hora venias Alamanni domum. Vale XXIII. Martii 1454.

Maximo inſuper ſtudio Alamannum incubuiſſe ut ſumma ope niterentur ſui cives & curarent ut Iuvenum inſtitutioni publicae proſpicerent, eruitur quam apertiſſime ex quatuor epiſtolis quas proferimus ex MSS. Codicibus atque in ea quae lectori occurret numero quarta, ipſe per ſe noverit ſententiae diſcrimen inter Poggium & Rinuccinum, de quo ſuperius nos ſatis ſuperque.

Donatus Andreae Alamanno.

1. VIdi nuper Rinuccini epiſtolam quamdam ad Te elegantem & gravem plenam amoris & officii, dignam tua virtute, tua humanitate, dignam homine liberali diſciplina exculto, qua graviter deplorabat orbitatem litterarum latinarum, teque vehementer hortabatur ad ſublevanda bonarum artium ſtudia: hoc tuum proprium munus, in hoc tibi elaborandum eſſe dicebat, neminem eſſe qui melius id facere poſſet aut ſciret nec quem magis deceret quam Te, qui modeſtia ingenio eruditione, tum dicendi & ſcribendi ſtudio non mediocrem iam eſſes in Rep. auctoritatem & inter doctos homines fidem conſequutus. Laudanda eſt mi Andreas talis Rinuccini mens erga ſtudia litterarum, laudandus animus, laudandum ingenium ſuum & optandum ut latinae litterae, ut ille vult, in priſtinum ſtatum dignitatemque, revocentur. Ego quoque

ante

ante omnes alios id non ſolum cupio, ſed etiam voto precor. Sed cum videam eos qui non modo huic rei favere poſſunt, ſed etiam debent, in varias eſſe partes ſententiaſque diſtractos, nec eſſe quemquam qui communi litterarum utilitati conſulat aut earum curam ad ſe putet pertinere: neſcio quid expectandum aut ſperandum ſit in ea praeſertim civitate, in ea Reipublicae vivendi ratione quae eſt ab omni diſciplina & litterarum cultu aliena. Quocirca excitare oportet eos qui plurimum poſſint & aliquo teneantur amore litterarum, eoſque monere hortari rogare ut nobiliſſimarum artium cauſam defenſionemque ſuſcipiant, nec patiantur quin ignominiam ab eorum oculis qui oratoriam profitentur maximam depellant. Quid turpius quam profiteri ſtudium eloquentiae quae ſolet omnibus patronos ſubminiſtrare & ei indigenti omnino deeſſe? oratoriae palmam quae ſemper noſtris hominibus data eſt, ad alias gentes noſtra inertia deſidiaque transferri quae quidem cauſa tam eſt honeſta tam pulchra tam glorioſa ut ſi fautores patronoſque invenerit paratos ſine ulla excuſatione laborum, facile ſit multis etiam adverſantibus rebus ius ſuum habitura; tanta eſt enim virtutis vis ut bonorum hominum patrocinio iuvetur. Quamobrem cum ſit eius opera futura illuſtris & omnium laude glorioſa, qui haec noſtra ſtudia non ſolum ad ſummam obſcuritatem ſed etiam ad ſummam oblivionem delapſa quantum ſuo labore fieri poterit erexerit, te non ſolum hortor, ut Rinuccinus, ſed rogo etiam ut huic rei animum intendas, ut opem tuam & litteris praeſtes & litterarum cultoribus ut cauſam ſuſcipias pulcram glorioſam forti & conſtanti homine dignam. Multa ſunt tibi cum laude tributa: alii mores tuos extollunt, alii ſtudium efferunt, alii tuam in dicendo elegantiam, in ſcribendo ornatum, prudentiam in agendo laudibus proſequuntur; ſed nulla eſt opera quae ſit tibi futura glorioſior, nulla maior quam Tu ad communem hominum utilitatem conferas.

Donatus Alam. Rin. ſal.

2. NEſcio quid meum infortunium ſit: ut hi qui hunc ordinem dede-

dederunt de eligendis doctoribus ad oratoriam facultatem, eum a me impeditum & interruptum putant, idque facile perſpicere potui ex verbis patruelis mei qui me aliquantulum heri pupugit monuitque ut ſua incepta iuvarem, non ut ſibi relatum fuerat, oppugnarem; quem ego hominem niſi parentis loco mihi ducerem, ab adoleſcentiaque mea mihi perſuaſiſſem nihil eſſe a me agendum quod eſſet a ſua voluntate ſuoque iudicio alienum, gauderem ſummam mihi eſſe facultatem oblatam qua poſſem totius Gymnaſii cauſam defenſionemque ſuſcipere contra leviſſimorum hominum effrenatam audaciam, qui non tam de litteris bene merentur quam de ſe male. Quae enim tanta eſt eorum impudentia? qui vix e pulvere emerſi exhedram illam ſtatim velint aſcendere, quam nuper doctiſſimorum hominum voce honeſtatam vidimus? ſed poſtquam neque facere neque loqui licet, omnia gerunt arbitrio ſuo, qui nemine repugnante id facere poſſunt. Vale Florentiae XXII. Martii 1454.

Donatus Acciarolus Andreae Alamanno ſalutem.

3. NIhil poterat nobis evenire moleſtius, quam videre te defenſorem & quaſi patronum ſtudiorum & noſtrae Academiae principem eo potiſſimum tempore Florentia abeſſe, cum erat totius Gymnaſii cauſa ratioque ſuſcipienda contra nonnullorum hominum effrenatam audaciam, qui eam pecuniam, quae oratoriae adſcripta eſt, tamquam a P. Florentino ſibi teſtatam ad ſe putant pertinere. Nam paulo poſt diſceſſum tuum rogationem ad Senatum tulerunt impudentem, pernicioſam, parumque dignam celeberrimo Gymnaſio Florentino, ſed ad privatam eorum utilitatem accomodatam. Ea vero auctoritatem defert ad DD. & Collegas, qua poſſint duos tantum doctores ad oratoriam deligere, ceteris poſthabitis artium facultatibus, quibus electis non poſſint maiorem mercedem conſtituere, quam florenos ducentum quinquaginta. Huic Senatus cum videret neminem repugnare, quamplures autem favere (aderant enim fere omnes negociorum amatores) putabat

rem

rem ſe agere omnium, qui oratoriam profitentur, ſi hanc rogationem ſuffragiis comprobaret: nec quiſquam inventus eſt qui eam auderet in Senatu, ut oportebat, oppugnare, publiceque clamare rem inhoneſtam, turpem, pernicioſam calamitoſamque ſtudio litterarum tractari, communi Gymnaſii utilitati, non privatae alicuius cupiditati conſulendum eſſe: ſtudium Orbis terrae in oratoria nobiliſſimum, quod iam ſopitum gravi atque diuturno bello in ſquallore diutius iacuit, excitandum eſſe in lucem, non autem evertendum & ad duos deferendum, qui parva mercede conducti oratoriam dedoceant, brevique tempore tantum augeant imperitorum turbam, ut Florentini, qui eloquentia & dicendi ſcribendique ratione ceteris non ſolum Italiae urbibus, ſed etiam ceteris gentibus antecellunt, in ſummam inſcitiam ignorantiamque ducantur litterarum latinarum. Haec qui diceret nemo umquam repertus eſt: alii enim eos formidabant qui Landini cauſam ſuſceperant, alii ſibi ipſi diffidebant; multi & hi quidem eruditi rem ipſam remotis arbitris deteſtabantur, nec tamen multum laborabant, tamquam litterarum cura ad ſe minime pertineret. Ego vero hanc cauſam forti conſtantique animo ſuſcepiſſem, ſi id cum aliquo etiam onere meo, non autem cum graviſſimo ac maximo facere potuiſſem. Sed Angelus patruelis meus pro Landino illo multum laborabat, palamque ei fautor erat atque adiutor: quapropter gravi ſe putaſſet affectum iniuria, ſi audiſſet ſua incepta a me potiſſimum oppugnari, quem ipſe carum ut fratrem, obſequentem ut filium ſemper habuiſſet. Oratoria igitur ars, quae ſolet patronos omnibus ſubminiſtrare, omni patrono deſtituta neminem comperit qui cauſam ſuam honeſtam, pulchram, dignam viro ſuſcipere auderet. Decreta rogatio eſt & ad Dominos Collegaſque delata: ſubito inter eos propter multos competitores ſumma eſt orta contentio. Alii Antonium Rufum doctum hominem aptum ad docendum praedicabant, dicebantque eius domum cunctae civitati quaſi ludum quemdam ſemper patuiſſe, atque officinam dicendi. Permulti Landinum ante omnes eligendum aiebant clamabantque eius doctrinam non eſſe obſcuram, biennio publice lectitaſſe, magnum ſem-

per

per ad eum factum eſſe concurſum. Non deerant qui Franciſcum illum omnibus iſtis anteponerent, virum graecis litteris eruditiſſimum cum propter bonos mores ſingularemque probitatem, tum quod eorum omnium iam praeceptor magiſterque extitiſſet. Fuerunt etiam qui Bernardum Franciſci ut diſertum & peritum in dicendo hominem in medium afferrent. In tanta animorum varietate cum Domini, Collegaeque verſarentur, Landini fautores etſi ceperint de re ſua aliquantulum ſubvereri, tamen potentia ſua freti, tum ſingulis rogandis appellandiſque in tantam ſpem venerunt, ut rem poſſe confici non diffiderent. Hortati ſunt Principem Domini ut tantum de Landino periculum faceret: tentata res eſt in mediumque delata, quam Collegae uno conſenſu repudiarunt, eamque non ſolum ſuffragiis, ſed etiam voce repulerunt, dixeruntque hanc rem non tam repentino iudicio, ſed conſiderato maturoque conſilio & diligenti inveſtigatione eſſe tradendam. Itaque eo die nihil actum eſt. Nos hanc opportunitatem nacti cepimus in populum divulgare Gymnaſium Florentinum in oratoria clariſſimum hoc decreto non ſolum labefactari, ſed etiam everti: tum vero nonnullos Collegas remotis arbitris orare & hortari, etiam liberius accuſare & monere, ut magnam infamiam fugerent. Turpe & pene puerile in maxima atque ampliſſima totius Italiae pace duos parva mercede conducere, qui pueros poeſim doceant & praecepta oratoria: Hoc non ſolum tanta civitate, tanto imperio, tanta Republica, ſed etiam Pratenſi oppido fore indignum; nam aut excitandas eſſe omnes artium facultates, aut hanc rem in aliud tempus differendam. Quid vis? Tanta ad priſtinam diſſenſionem contentio acceſſit, ut, cum Landini fautores, qui quamplurimi ſunt, & nonnulli eorum in principibus Reipublicae, rurſus de re ſua periculum facerent, maiori conſtantia quam antea repudiata fuerit atque reiecta & hucuſque ad eum locum perducta, ut fruſtra omnes iſti rhetores eorumque fautores elaboraverint. Itaque indignati in nos omnem conferunt culpam: ſe a nobis impeditos, ſe oppugnatos aiunt, dolent, conqueruntur, tantumque animo exarſerunt, ut nos invidos, nos perturbatores ſtudiorum appellent; eamque pe-

cuniam, quae Dominorum Collegarumque ſententia duobus decernenda erat, tamquam patrimonium ſibi ereptam putent. O impudentiam ſingularem! Credere potuiſſes, mi Andrea, ut tot reperirentur in hac urbe, qui ſe hoc dicendi munere in tam celeberrimo Gymnaſio dignos iudicarent? qui aſcendere cathedram illam auderent, quam nuper Caroli Aretini & multorum antea doctiſſimorum hominum voce decoratam atque ornatam vidimus? Quare ſi tibi ſtudium, ſi huius Gymnaſii dignitas, ſi litterae litterarumque cultores tibi cari ſunt, accelera reditum tuum, ut horum audaciam perfringas, qui longe vehementius quam umquam antea hanc rem aggrediuntur. Tuum hoc officium eſt & proprium munus. Quid enim nos milites imbecilli ſine te fortiſſimo imperatore litterarum facere poſſumus? Hanc igitur curam cum viderem ad te maxime pertinere, magni mea intereſſe putavi omnia haec tibi meis litteris eſſe nota. Tu vero ne in hanc calamitatem litterae & ſtudia incurrant, quantum in te erit tua prudentia providebis. Novi quid ſit, puto te tuorum litteris certiorem eſſe factum. Sermones & litterae quotidie veniunt Roma, quae ſignificant vitam Pontificis in extremo eſſe diſcrimine, & Cardinales iam de novo Pontifice cogitare. Quid ſit futurum Deus ſcit, qui omnium rerum eſt rector & moderator. Vale XV. Aprilis 1455.

Poggius Andreae Alamanno plur. ſalutem dicit.

4. LEgi nuper epiſtolam, quam paulo ante ad te Alamannus Rinuccinus ſcripſit, optimus iuvenis & deditus ſtudiis eloquentiae, quocum eſt mihi iocunda propter doctrinam & mores eius probatiſſimos vitae conſuetudo. Laudo ingenium ſuum & eloquentiam in ſcribendo; ſed videtur mihi humaniſſimus & dicendo praeſtans adoleſcens longius in ſcribendo provehi, quam illorum poſtulet utilitas, quorum gratia videtur ſcribere. Credo illum fervore quodam communis utilitatis ductum optare aliquem externum dari nobis oratorem, qui artem eloquentiae nobis tradat, tanquam ſine illo nulla eloquentiae facultas poſſit percipi. Deplorat inopiam elo-

eloquentium doctrina virorum civitatis noſtrae, & id recte facit. Pauciores enim ſunt quam vellem, quamque eſſe conſueverint aetate noſtra. Sed ante Leonardum Aretinum erant viri docti & eloquentes, Colucius Salutatus ſtudioſorum omnium parens, Robertus Roſſus, Nicolaus Nicolus, quorum poſtea Leonardus Aretinus eloquentiam ſuperavit. Secutus eum Carolus magnum in dicendo ornamentum attulit civitati. Si pauciores ſunt quam vellet, quamque deceat tam inclytam urbem, non doctorum inopia, ſed Rinuccini & aliorum culpa accuſanda eſt, qui cum ſint optimo ingenio & humanitate praediti, ea ſtudia intermittunt, in quibus poſſent ſummam gloriam adipiſci. Neſcio enim quo pacto, cum Deus illis dederit ingenii acumen, & naturam promptam ac proclivem ad eloquentiae diſciplinam, non tamen eius percipiendae ſtudio illam curam impendunt, quam decet eloquentiae ſtudioſos. Quod autem externum magiſtrum accerſendum putat, videat ne erret opinione, quae mihi nullo modo probari poteſt. Primum neſcio cuius faſtidii ſit cives ſuos contemnere, magnificare alienos; neque autem video cur externi noſtris ſint ullo modo in ea arte praeferendi. Neque enim illi egregii, quos optat, viri quicquam praeſtare poſſunt amplius, quam ut tradant artis rhetoricae praecepta; quae cum ſint in promptu, neque alia quam quae Ciceronis & Quintiliani libris explicantur, non intelligo cur noſtri non idem & multo forſan melius efficere poſſint. Sunt enim in communi uſu poſita, neque magno egent ingenio ad docendum. Habet haec Civitas ſaltem quatuor, qui in tradendis eiuſmodi praeceptis nulla in re cederent illis quos Rinuccinus iudicat advocandos. Quod ſi faterer illos eſſe paullo eloquentiores, meminerit nulla doctrina, aut praeceptis, ubertatem, facundiam, elegantiam, ornatum orationis, neque dicendi praeſtantiam tradi poſſe. Oratores, poetas, hiſtoricos, philoſophos legendo ac tractando, continuoque uſu ingenium exercendo, ſcimus fieri poſſe homines eloquentes. Acceſſit, inquit Tullius, cum de artis inſtitutis tradidiſſet, uſus frequens qui omnium magiſtrorum praecepta ſuperaret. Itaque non in docendi arte, ſed continua lectione atque exercitio

L 2 & de-

& declamandi ſolertia, quam quaerimus, eloquentia comparatur? Huius rei ipſa experientia teſtis eſt. Nam ut a priſcis ordiar, L. Craſſus, C. Antonius, L. Caeſar, Gracchi, ſummique eo tempore Oratores a nullo praeceptore legimus eloquentiam hauſiſſe. Cicero ipſe in XXV. ſuae etatis anno pro Cluentio & item pro Roſcio oravit adeo eleganter, ut nulla eius oratio tum ornatu verborum, tum ſententiarum gravitate ſit copioſior. At eum nullum dicendi magiſtrum legimus habuiſſe, ſed aſſidua eloquentium virorum lectione, ſtudio, diligentia, exercitatione ſcimus perveniſſe ad eum dicendi gradum, ad quem nullus inter Latinos acceſſit. Tranſivit poſtmodum in Graeciam, non eloquentiae, ſed philoſophiae gratia. Audivit tamen Oratores declamantes exercendi ingenii cauſa, non eloquentiae percipiendae. Neque enim quicquam erat quod eum fugeret, in artis rhetoricae inſtitutionibus. Neque poſtquam a Graecis receſſit, evaſit eloquentior, ſed forſan aliqua in re copioſior ad dicendum. Quid dicam de noſtris qui hoc ſaeculo eloquentia floruerunt? Primum Franciſcus Petrarcha vir eloquens & ſcribendo ſuavis, nullum nactus eſt in facultate oratoria praeceptorem, cum iam grandis natu a iure civili ſe ad eloquentiam contuliſſet, ipſemet ſibi dux & auctor fuit eloquentiae comparandae. Colutius noſter omnium doctorum virorum communis parens cum antea rudis eſſet, non magiſtri opera, ſed legendi & ſcribendi cura ad eloquentiam pervenit. Leonardus Aretinus, quem adoleſcentem memini a legum doctrina, quibus operam dabat, ad Graecas litteras ſe contuliſſe, neque eloquentiae, in qua admodum laudatur, magiſtrum habuit ullum. Carolus Aretinus, Ambroſius Monachus duo aetatis noſtrae lumina omnino praeceptoribus caruerunt. Robertus Roſſus antea & Nicolaus Nicolus viri latinis litteris & graecis praeſtantes nullum habuerunt eloquentiae magiſtrum. Iannotius Manettus, quem merito laudat, vellem ſcire ab eo qui excellentes praeceptores deſiderat, quem habuerit eloquentiae inſtitutorem. Nihil de me loquor, qui nullo modo ſum cum iis quos nominavi comparandus; ſed tamen teſtari poſſum quicquid in me eſt facultatis, me legendo, non audiendo percepiſſe. Nihil enim praeter Ovidium,

dium, Virgilium, & Rhetoricorum libros a praeceptoribus audivi. Idem de omnibus, quos quidem noverim eloquentes, affirmare auſim, neminem eorum in perdiſcenda eloquentiae facultate praeceptore uſum. Itaque nullam video eſſe cauſam, cur adoleſcens doctus & dicendi cupidus Rinuccinus noſter tantopere appetat externam doctrinam, cum domi habeat qui ſciant haud inſulſius quam exteri tradere eloquentiae praecepta, & tanquam iter monſtrare, quo poſſit ad eloquentiam perveniri; niſi forſan praeſentes contemnens more peregrinantium, qui novas res appetunt, faſtidiunt conſueta, ea deſideret quae nihil videntur eſſe profutura; cum quilibet, modo natura adiuvet, ſuamet opera poſſit ad eloquentiam pervenire. Non eſt igitur externis praeſidiis opus, cum patriis copiis uti liceat, & ſuo Marte pugnare. Quod autem noſtrates adeo contemnit, videat ne multorum odium incurrat, qui forſan ei nequaquam cederent de via, dicerentque hunc docendi honorem non eſſe eis praeripiendum; affirmarent illos, quos probat, eloquentiores, nullis adhuc ad conſequendam eloquentiam profuiſſe, neque aliquos ſuis praeceptis effectos eſſe in eloquentia meliores. At noſtrorum doctrinam multis ſcimus fuiſſe adiumento, in quibus iam eluceant & floreſcant eloquentiae ſemina. Nam quod queritur apud tabernam neſcio quam librariam, nullas fieri inter doctos homines diſputationes, ſicut hactenus fieri conſuetum putat, non opinor neque Iannotium, neque Carolum Aretinum, neque Leonardum penes eum locum more Graeculi Paedagogi diſputare in triviis, aut bene vivendi inſtitutiones tradere conſuetos. Neque etiam perſpicere poſſum, niſi de ſe ſentiat & loquatur, qui ſint iſti adoleſcentes eorum diſputationibus eruditiores facti. Sunt tamen multi admodum docti ac diſerti adoleſcentes, in quibus ipſe praecipuum locum tenet. Itaque cum haec cura externi praeceptoris advocandi inanis, inſulſa, inutilis, odioſa videatur, reiice animum tuum ab his cogitationibus, ad quae Rinuccinus te hortatur, ac magis tuos cives diligas quam alienos, praeſertim in his rebus, in quibus non videntur illis inferiores. Tuum eſt, qui inſtitutore non indiges, quique a me ſaepius percepiſti qua via elo-

quen-

quentia acquiri poſſit, ſequi iter inceptum, tibique ipſummet praebere magiſtrum, praeceptorem, doctorem. Si ceteri has inanes curas ingredi volunt, ſine illos obſequi voluntatibus ſuis, & Rinuccinum noſtrum & litteris & verbis hortare, ut faveat ſuis, neque ea comprobet quae ignorat, neque ad ea alios hortetur, quae nulla in re ſint aut ſibi, aut civibus profutura; neque praeterea ſecum aliquem honorem importent, ſed potius dedecus civitatis. Haec ſcripſi ad te verboſius, ut noſcas ſententiam meam, quae ſemper fuit, & eſt, ut potius noſtram Minervam, quam aliorum in aciem educam. Vale die XXVII. Iunii.

Haec Academia, qua in elegantioribus ſtudiis exercebantur iuventutis Florentinae ingenia breviſſimo temporis intervallo adeo percrebuit, ut dum adhuc vagiret infans in cunis, eius alumni identidem aliquid ederent: Quod ſi eo temporis fuiſſet inventa ars typographica, quae adhuc in tentaminibus verſabatur, maximo cum plauſu in publicum prodire potuiſſet. Ad hoc confirmandum ſatis eſt in teſtimonium adducere orationem illam ab Alamanno confectam in creatione Calliſti III. perinde ac ſi miſſus fuiſſet ad Summum Pontificem, ut Eidem ob ſuam aſſumptionem Florentinorum nomine gratularetur.

Huic explendo muneri Reſpublica deſtinavit quinque viros nempe Archiepiſcopum Florentiae Antoninum, qui luculentiſſimam orationem habuit, quae in eius legitur operibus, Iannoctum Pandulphinum, Octonem Niccolinum legum Doctorem, Antonium Rodulphum, & Ioannem Mediceum. Verum Alamannum ipſum audiamus ex Cod. Bibl. Magl. in 4.

O R A T I O

Exercitationis gratia ordita (ſic) *ab Alamanno Rinuccino in creatione Calliſti Pontificis Maximi de anno MCCCC.LV.*

NOn eram neſcius B. P. hodierna die coram Sanctitate tua Florentini Populi nomine orationem mihi habendam eſſe: idque mecum perſaepe diuque cogitaram, ne ad Sanctitatem tuam imparatus ac rudis accederem. Verum cum tuae Beatitudinis amplitudinem ſublimitatemque reſpicio, teque Chriſtianorum omnium caput, ac principem: & ſummum aetatis noſtrae lumen contemplatus intueor: non modo excogitata omnia labuntur, & excidunt,

ſed

ſed toto etiam corpore ac membris omnibus perhorreſco. Quis enim tantis ingenii viribus fretus? quis tam animi atque audaciae abundans? quis tam diu in orandi facultate, & exercitatione verſatus inveniri poſſit, quem non tantae amplitudinis, ac dignitatis magnitudo reverentiae quodam horrore commoveat, atque perturbet? Cum vero ad humanitatis, ac manſuetudinis tuae largitatem multorum fama celebratam oculos cogitationemque converti, parumper animo ac mente recepta, ſpem veniae ſimul & dicendi audaciam capio. Horum itaque quos ante Sanctitatis tuae pedes adſtare conſpicis Florentini Populi legatorum nomine, ut potero breviter exponam, quae nobis Florentini Praeſides, ac totius Populi conſenſus tuae Sanctitati referre mandavit. Primum igitur quanta fieri maxima poteſt Sanctitati tuae laetitia, & voluptate pro nova, ac ad ſummum dignitatis faſtigium aſſumptione gratulamur, tibique ac Romanae Eccleſiae felicem, fauſtam, atque propitiam Pontificatus tui lectiſſimam ſortem omnibus & votis & precibus optamus evenire. In quo quidem non ſi mihi linguae centum ſint, oraque centum Florentini Populi effuſiſſimum gaudium proferre, ac explicare poſſe confiderem, quod cum publice, tum privatim ſumma contentione ab omnibus eſt declaratum. Nec enim facile dixerim quantum omnes cuiuſque ordinis & conditionis homines, ideſt populus univerſus ad primum creationis tuae nuntium excitatus voce & vultu maximam hilaritatis & gaudii prae ſe tulerit ſignificationem. Eam igitur quoquo modo poſſumus ad te deferre, tuaeque, ut antea diximus, Sanctitati quam maxime gratulari iuſſi fuimus, idque laeto atque libenti animo quoad poſſumus facere nitimur. Proximo loco Sedis Apoſtolicae & totius Chriſtianae Religionis felicitati gratulamur, quae talem Divino Numine gubernatorem ac Praeſidem ſortita, tamque in omni virtutum genere praeſtantem pace ac tranquillitate ſumma futuram ſe eſſe merito confidere poteſt. A quo enim, ut aliorum omnium pace dixerim, magis id aut expectare poteſt, aut ſperare debuit, quam ab illo, qui cum praeclariſſimo ingenio, atque ad res maximas gerendas accommodato fuiſſet ornatus non illud otio atque deſidia torpeſcere

paſſus

paſſus eſt, ſed labore ac diligentia ſua, & ſumma in omnium bonarum artium ſtudiis vigilantia tantum profecerit, ut quid in eo praecipuum admiremur, naturae dotes eximias, an ſua induſtria, & ſollicitudine quaeſitas laudes, difficile admodum ſit indicare. Cumque duo ſint vivendi genera, quorum unum in agendo, & humanae vitae negociis pertractandis verſatur: alterum procul ab omni actione remotum in perquirendis rerum cauſis, & egregiis veterum ſapientum recognoſcendis praeceptis ſit occupatum; ita utrumque complexus eſt ut in neutro deficiens, in utroque vehementer excellens ſummo omnium conſenſu, iamdudum fuerit exiſtimatus & cognitus. Ad hanc ſummo ſtudio ac labore partam bonarum artium cognitionem ac ſcientiam maximarum rerum, uſus, & ſummorum negociorum tractatio acceſſit. Itaque quod praecipuum in omni re haberi ſolet ob aetatis diuturnitatem, & aſſiduam in agendo conſuetudinem humanarum rerum experientiam maximam conſequutus es, quae optima dux atque magiſtra ad res gerendas ab omnibus iudicatur. Non igitur fortuito, ſed maturato conſilio, non humanis opibus ſed Divinae Providentiae bonitate ad tam ſublime & excelſum te munus aſſumptum nemo penitus dubitare poteſt. Optime enim, ſicut in caeteris omnibus, ita & in hoc ſtatuiſſe Deum animadvertere licet, ut cui ſummam rerum omnium poteſtatem in terris daturus erat, ei quoque maximum ad res gerendas prudentiae impertirit. Quid vero praecipuam charitatem tuam in hominum genus, & benivolentiam memorem? Quid in Divini cultus obſervantia religionem praecipuam? quae te labores innumeros ac pericula ſubire compulerunt dum propria commoditatis ratione poſthabita comuni utilitati inſervire contendis: Declarant id longiſſimae peregrinationes ſuſceptae, multae etiam ſumma cum laude ac dignitate legationes peractae, quibus in maximis ſaepe Eccleſiae neceſſitatibus plurimum opis & adiumenti contuliſti: recte enim nec opes tibi, nec dignitates a Deo collatas arbitrabaris, ut in ocio atque deſidia tempus & aetatem contereres, ſed egregie ſemper munus ab Apoſtolica Sede tibi demandatum tutatus, & agendo & monendo praeclariſſima vir-

tutis

tutis tuae exempla tradidiſti. De aequitate vero & in eos qui poteſtati tuae ſuberant regendo iuſtitia ſingulari, nihil omnino referre neceſſarium puto. Adſunt enim undique locupletiſſimi teſtes integritatis & aequitatis tuae; quid enim fuiſſe aliud exiſtimare poſſumus, quod te per multos dignitatis & honorum gradus ad tantum extulerit amplitudinis culmen, ut ultra ne optare quidem homini liceat, quam bonitatis & iuſtitiae multis iam inde ab ineunte aetate ſignis & argumentis perſpecta magnitudo? Nihil eſt enim in homine, qui aliis praefuturus ſit iuſtitia praeſtantius, nihil admirabilius, nihil quod tam homines ad amandum alliciat, nihil denique quod ad honores adipiſcendos expeditiorem, & ut ita dixerim compendiariam praeparet viam. At vero praecipuum in rebus gerendis modum, & animi tui ſingularem modeſtiam invitus equidem praeterire compellor. Ad maiora enim quaedam feſtinat oratio. Non dicam igitur admirabilem cunctis in rebus conſtantiam tuam, non in omnibus dictis & factis moderationem praecipuam. Miſſam faciam in rebus omnibus continentiam ſummam nec ullam, niſi ſuadente ratione ſuſceptam operam; omittam in victu & reliquo corporis cultu frugalitatem, & parſimoniam, &, quod hominibus difficillimum eſt, in ſumma rerum omnium affluentia mediocritatem ſervatam. Numquam enim libidinibus ſuperatum, numquam pecuniarum cupiditate incenſum, numquam ambitionis ardore inflammatum, ſuper quam decus & honeſtatis ratio poſtulet. Aliquid abs te geſtum calumniari quiſquam poteſt. Sed haec miſſa facio. Sunt enim tibi cum multis communia, eaque ſervata non tantum laudis, quantum omiſſa flagitii atque dedecoris afferre videntur. Illa vero praecipua virtus tua digna maioribus tuis, digna rebus a te praeclariſſime geſtis, digna tanti Imperii, ac tam praeclari muneris & Principatus amplitudine: animi ſcilicet excellens & invicta magnitudo, quae te nihil umquam humile appetere, nihil parvum cogitare, nihil abiectum moliri, ſed cuncta ſemper ardua & excelſa quaedam animo ac mente tractare monſtravit. Eadem caſus humanos contemnere docuit, nec quicquam recte factis & honeſtati praeferendum eſſe perſuaſit, magis-

que de communi omnium ſalute, & Eccleſiae praeſertim, cuius tutelam curationemque Divino Numine demandatam ſuſceperas, quam de propriis, aut commodis aut utilitatibus eſſe ſollicitum. Eadem etiam comite utens ardua & ſecundos fortunae ſucceſſus moderate atque tranquille, & adverſos eiuſdem impetus forti, atque conſtanti animo perferre didiciſti. Atque haec omnia poſſem ex rebus a te praeclariſſime geſtis teſtimonia ſumens comprobare, & ab ineuntis aetatis tuae primordiis repetens in omni virtutum genere uberrima exempla proferre. Sed cum tanta ſit rerum a te geſtarum amplitudo, ut nemini penitus ſanae mentis viro ignotae eſſe poſſint; adulationis opinionem reformidans, illa omnia mihi ſilentio praetereunda conſtitui, cum praeſertim nec rerum gravitas modum nec finem facile habitura videatur oratio. Verum hoc unum abs te nuper ſumma cum dignitate atque amplitudine geſtum, quidque futurae in gubernando claritatis atque virtutis tuae praeſagium, & quod praeguſtationem arctiſſimam tribuit nullo modo tacitus potui praeterire. Primo autem concepti nuper abs te voti *, & ſuſcepti operis amplitudo, quod tanta in Deum religione, tanta in Chriſtianam fidem ſignificatione charitatis, tanto animi

* Notiſſimum eſt Auctores, qui de Callixto verba faciunt in diverſas abiiſſe opiniones circa tempus, quo votum emiſiſſe dicitur de bello Turcis inferendo: alii enim ante Pontificatum, alii vero poſt aſſumptionem ad hunc ſupremum honoris gradum id contigiſſe contendunt. Omnes tamen in eo conveniunt, ut poſt electionem omnia tentaſſe aſſerant, ut communis Chriſtiani nominis hoſtis penitus deleretur. Qui ante electionem votum huiusmodi voviſſe tuentur, afferunt etiam verba, quibus concipiebatur: „Ego Callixtus Pontifex Deo Omnipotenti, Sanctae ac Individuae Trinitati voveo, me bello, maledictis, interdictis, execrationibus, & demum quibuſcumque rebus potero Turcas Chriſti nominis hoſtes ſaeviſſime perſecuturum „. Quod ſe Pontificem in anteceſſum nominaverit, illud in cauſa fuiſſe videtur, quod B. Vincentius Ferrerius, dum adhuc viveret, & cum quo familiaritas & vitae conſuetudo intercesſerat, Pontificatus ei ſpem dederat certam. V. Plat. & Hiſt. Pont. & Card. T. II. p. 981. 984.

Vidi equidem Orationem Aeneae Silvii Epiſcopi Senenſis, quam habuit coram Callixto P. III. de Obedientia Frederici III. Imperatoris anno 1455., quae impreſſa eſt Romae non ante an. 1479. in qua dicitur Callixtum in aſſumptione ſua votum huiuſmodi emiſiſſe.

mi robore, ac fortitudine de Conſtantinopolitanae Urbis recuperatione ſolemniſſime voviſti: in quo pietatem, an animi magnitudinem vel diligentiſſime excogitatam officii tui rationem prius admiremur, difficile admodum eſt iudicare. Cum enim te Chriſtianae religionis Caput & Principem factum animadverteres, nihil tibi tam eſſe arcendum ſtatuiſti, quam ut eam ab hoſtili formidine tutam, & in omnes partes admirabilem, glorioſamque redderes, eiuſque praecipuum hoſtem ſolum tibi inimicum iudicaſti, omnemque curam, ſtudium, cogitationem ad eum ulciſcendum merito convertiſti. Qua in re debitas gratias Deo pro viribus referre conaris, qui te ad tantum gloriae, ac ſplendoris culmen evexit nec illius barbari vires & opes, non maximae peditum ac equitum copiae, non terra Marique apparatus ingentes, non auri atque argenti, qua ille abundare traditur, multitudo egregium ac fortem animum tuum labefactare, nec ab honeſtiſſimis caeptis deterrere potuerunt; quod etſi maxima laude & admiratione dignum in quovis homine merito videri poteſt, eo tamen admirabilius, atque praeclarius in te conſpicitur excelſa quaedam animi ſublimitas, & magnitudo, quo viribus corporis aetatis diuturnitate debilitatis; animus tamen vigorem priſtinum, & innatum ſplendorem retinet, atque conſervat. Itaque latiſſimo vel hoc uno teſtimonio licet eorum opiniones refellere, qui ſicut corporis ita & animi vires aetatis ac temporis vitio minui debilitarique putent; quod enim praeclarius excelſi ac fortiſſimi animi ſignum in adoleſcente aliquo optare, aut reperire audeamus? Ut eorum ignavia, atque ſocordia magis quam aetatis vitium accuſanda videatur, qui otio atque inertiae dediti animum ſimul, & corpus defluere & langueſcere patiuntur. Horum Tu quodammodo culpam & errorem arguens numquam aut agendi ſtudium aut cogitandi ſolicitudinem omittis, ac tibi Divino Numine demandatum munus egregie praeclareque tutaris: eius nihil tam ſuum eſſe, nihil tam eius officio accomodatum videtur, quam cum ſis veluti clariſſimum ſignum in ſublimi ſpecula conſtitutus in quod omnes Chriſtianae religionis cultores intueri, cuius facta imitari, cuius nutui parere teneantur;

M 2 ta-

talem te gerere, ut Tibi laudem, & gloriam perpetuam compares: illis vero ad bene agendùm ſtimulos acres, & incitamenta proponas. Quis enim tam abiecto animo tamque degeneri, quis tam laboris aut periculi metuens inveniri poterit, qui ſe praeclariſſimi caepti participem eſſe non expetat, quod abs te tanto ſtudio atque animi contentione ſuſceptum animadverterit, ut etiam proprium ſanguinem, ſi opus fuerit effundere paratus ſis, ut in illa ſolemniſſima voti conceptione protuliſti? Itaque Romanae Sedis & Chriſtianae religionis felicitati non minus quam Sanctitati tuae, quod orationis initio dixeram, iure optimo gratulandum arbitror, quod talem Praeſidem, tantiſque virtutibus inſignem Divinae Providentiae benignitate ſortiri meruit, quem & rebus & nomine Calliſtum vere liceat nuncupari. Primo optimum & omni virtutum genere praeſtantiſſimum Praeſidem, quarum fama & celebratione Florentinus Populus excitatus incredibili gaudio ac laetitia repletus nos voluptatis & alacritatis ſuae teſtes ad Sanctitatem tuam accedere iuſſit, mihique ſuo nomine, quam vehementiſſime gratulari, quod nos quanta poſſumus, & animi, & corporis contentione libentiſſime facimus, ac Sanctitati tuae in primis, ut a bonis ominibus orationis principium, & finem capiam, tum vero Romanae Eccleſiae atque omnibus Chriſtianae Religionis cultoribus fauſtum, felicem, propitiumque glorioſiſſimum hunc Pontificatum tuum optamus evenire. Reliquum erit rebus quae nobis tuae Sanctitati referre mandata ſunt, ut Florentini Populi vires, opes, & facultates, agros, urbem, maenia, eius denique omne ſtudium, curam, induſtriam, ſollicitudinem in quoſcumque uſus tuae Sanctitati offerre ac polliceri deberemus. Nihil enim gratius, nihil acceptius a Sanctitate tua per hoc temporis ſibi evenire poſſet, quam rebus ac operibus declarare quanta ſit eius ſemperque fuerit erga Romanam Eccleſiam pietas atque benivolentia, idque cum multis iampridem ſignis, & argumentis patefecerit, quae tuae Sanctitati notiſſima ſunt nihil mihi de his rebus referendum putavi. Non dicam igitur a maioribus noſtris periculoſiſſima bella ſuſcepta, relinquam cum potentiſſimis Regibus inimicitias contrectaſſe, miſſos fa-
ciam

ciam labores immenſos ac pecuniarum ſumptus innumerabiles, quos maiores noſtri libenti animo ſubierunt, ut Romanam Eccleſiam ab improbis, & ſceleratis hoſtibus tutarent. Quotiens enim immanium Barbarorum, quotiens eorum qui ſe falſo nomine Imperatores appellare audebant incurſiones pertulerunt, quotiens alacri, arrectoque animo adverſus terribiliſſimos hoſtes nec ſanguini, nec vitae parcentes dimicarunt, ut Romanae Eccleſiae dignitatem intactam, incolumemque ſervarent? Non referam igitur Conrados, Henricos, Manfredos, Federicos, alioſque Reges, ac Principes innumerabiles, quos Romanae Eccleſiae adverſatos Florentinus Populus numquam ſibi amicos eſſe poſſe iudicavit. Numquam enim ſalutem ſuam ab Eccleſiae dignitate ſeiungi poſſe arbitratus eſt. Non referam urbem noſtram hoſpitio ſemper ac domicilio iactatis adverſae fortunae Pontificibus patuiſſe. Miſſa haec omnia facio, ſunt enim multorum ſaepe dictis celebrata, & tuae Sanctitati notiſſima. Atque ut orationi finem aliquando imponam Florentinum Populum Romanae Eccleſiae ſemper deditiſſimum, tamquam Parenti optimo devotiſſimum filium in tuae Sanctitatis fidem, clementiamque commendo, ſummiſque precibus & obſecrationibus poſtulo, ut ſolita in omnes benignitate, atque clementia ſuſceptum protegas, ac tueare. Deo gratias.

Quam viriliter, quamque prudenter ſe geſſerit Alamannus cum ſuis ſociis toto illo tempore, quo Officialis utriuſque Gymnaſii extitit, quum praeſertim optime intelligeret in ipſa Piſanae Academiae inſtauratione celebriores opus eſſe accire magiſtros, ut ſi non ſuperare, ſaltem aequare poſſet reliquas illuſtriores Academias, non melius conſtare poteſt, quam ex conductionibus Profeſſorum, quae tunc factae ſunt. Eae quamvis nobis innoteſcant ex Hiſtoria Acad. Piſ. Cl. Viri Ang. Fabronii, & ex iis, quae nobis impreſſa reliquit Stephanus Fabruccius tamen quum nonnihil lucis afferant alia etiam monumenta hactenus inedita, non iniucundum erit fortaſſe lectoribus in iis parumper immorari.

Percurrenti membranas illas, quae in Archivio Diplomatico Florentiae ſervantur, multae occurrunt, quae conductiones Profeſſorum publici Gymnaſii Piſani continent, plures fortaſſe daturae, quum Indices omnes, quibus complendis adhuc occupati ſumus, ad umbilicum fuerint perducti. Et quamvis illarum nonnullae forſan non pertineant ad annos, quibus Alamannus Academiae Piſanae praefuit; attamen quum non bene definitum ſit tempus omne, quo Praefecti munere eſt functus, quum a prima reſtauratione an. 1473. uſque ad extremum ſuae vitae ſpiritum per intervalla hoc onus ſubierit, non inutile erit ſingulas indicare, quum praeſertim lucem quamdam Hiſtoriae Litterariae foenerare poſſint.

Interea Officialem fuiſſe Alamannum etiam anno 1475. conſtat ex Prioriſta toties laudato, ubi legitur menſibus Martio, & Aprili illius anni, quod ſequitur: „ E più queſti Signori ordinarono una legge di fare grazie de' debiti vecchi del Comune sì ai Cittadini, come ai Contadini ſudditi al Comune di Firenze con certa limitazione, come in eſſa legge ſi contiene, ed io Alamanno di Filippo Rinuccini fui uno degli Ufficiali di dette grazie in compagnìa di Tommaſo di Luigi di Meſſer Lorenzo Ridolfi, di Meſſer Bongianni di Bongianni Gianfigliazzi, di Lorenzo di Piero di Coſimo de' Medici, e di Antonio di Bernardo di Miniato di Dino Correggiaio, che tutti eravano Ufficiali di Studio, e fucci dato a fare dette grazie „. In more enim erat conſtitutum (ex Cl. Fabbronio in Vita Laur. Med p. 49.) ut quatuor ex ſingulis regionibus (Quarterios etiamnum appellant) eligerentur, quibus adderetur quintus ex univerſo minorum Civium ordine. Succeſſiſſe pariter anno 1480. Berlinghiero Berlinghierio febri contagioſa vita functo die XXIII. Septembris, ac extitiſſe Praeſidem etiam eo tempore, quo ex hac mortali vita deceſſit.

Verum quoniam nimis eſſet longum ex integro recitare membranas in Diplom. Arch. exiſtentes, contenti erimus eaſdem ordine chronologico in compendium redactas cum iiſdem plane vocabulis & phraſibus audire, niſi quando viſum fuerit ob aliquas earumdem notabiles circumſtantias prout iacent ex amuſſim referre. Incipiamus.

VII.

1473. 15. *Aprilis*.

SEr Iacobus Bongiannis Mini Civis Florentinus Sindacus, & Procurator nobilium, & inſignium virorum Dominorum Thoma Luycii D. Laurentii de Ridolfis, Alamanni Philippi Cini de Renuccinis, D. Petri de Minerbettis Ioannis Andree Equitis, Laurentii Petri Coſme de Medicis, & Andree Franciſci Ser Andree Officialium ſtudii Civitatis Piſarum poſtulat, & conducit eximium, & excellentiſſimum Artium, & Medicine Doctorem Dominum Magiſtrum Chriſtophorum Rechanatenſem Padue ordinarie publice legentem ad lecturam ordinariam medicine de mane ad duos annos proxime futuros pro pretio, & mercede ſingulo quoque anno ducatorum, ſeu florenorum largorum ſeptingentorum cum hac tamen conditione, quod aſſumit terminum vigintiquinque dierum ad dandum ſuperinde certum reſponſum, & hoc cum conſenſu eiuſdem Ser Iacobi Bongiannis Mini.

Actum Padue in Epiſcopali Curia anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio Indictione ſexta die Iovis quintadecima menſis Aprilis.

Qum Chriſtophorus Recinetenſis aſſumpſerit ſpatium viginti quinque dierum quo a praeſenti obligatione reſilire pro lubito poſſet, re maturius examinata ab omni obligatione receſſiſſe videtur: Conſtat enim ex Faſtis Gymnaſii Patavini, v. Facciolati p. 131., anno ſequenti ſtipendio fuiſſe Paduae adauctum, quumque eum numquam repererim in albo Profeſſorum Acad. Piſanae, facile deduci poteſt nuſquam Piſas ad regendam Scholam Medicinae adventaſſe.

Quamvis autem Cathedram Piſanam non acceptarit, tamen imperfectam hanc conductionem afferre volui, quod haec magis magiſque Officialium iudicium demonſtret qui hominem elegerint inter philoſophos principem & Medicum excellentiſſimum, quique Medicinae Scholam Florentiae explicare concupierat. Antonius de Pactiis Padua ſcribens Laurentio Mediceo an. 1473. die 29. Ian. haec ei narrat apud Cl. Fabronium in Vita Laur. „ Il perchè sì per eſſere io & tutta la caſa

mia

mia a voi obbligatiſſimo, sì per riſpetto della patria, me parſo mio debito darvi lo infraſcripto aviſo & queſto è che già eſſendo quì a Padova Maeſtro Chriſtophano da Rechanati, huomo ſenza dubbio primo tra gli philoſophi & medico excellentiſſimo, mi fece parola di voler venire a Firenza, quando lo Argiropolo ſi partì &c. „

1473. 23. *Aprilis*.

ANtonius quondam Ser Petri de Bolognettis Civis Bononienſis Bononiae legens convenit, & promiſit Presbitero Domino Antonio quondam magnifici Militis Domini Petri de Pazzis Canonico Florentino Sindico, & Procuratori magnificorum virorum Thome Loyiſi Domini Laurentii de Ridolphis, Alamanni de Rainucinis, Domini Petri de Minerbettis, & Laurentii quondam Petri Coſmae de Medicis Officialium ſtudii Civitatis Piſarum, per duos annos continuos legere, & interpretari Iura Civilia pro ſalario florenorum trecentorum largorum.

Actum Bononie milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio Indictione VI. die vigeſima tertia menſis Aprilis.

Antonius hic de Pactiis erat Canonicus Florentinus a Salvinio dictus Cancellarius ſtudii Piſarum, Epiſcopus primum Sarnenſis dein Militenſis ut ait idem Salvinius. Moritur an. 1479. De Bolognetto deque eius miſerabili genere mortis v. Cl. Fabronium Hiſt. Acad. P. p. 191.

1473. 23. *Aprilis*.

PReclarus, ac Venerabilis Vir Ioannes Domini Ottonis de Nicolinis Canonicus Florentinus Sindacus, & Procurator inſignium, & illuſtriſſimorum Dominorum Thome Loyſi Domini Laurentii de Rodulfis, & Alamanni Philippi Cini de Rinutinis, & Petri Ioannis Andree de Minerbettis, & Laurentii Petri Coſme de Medicis, Offitialium almi ſtudii Florentie, & Piſarum, requiſivit, & conduxit nobilem, & excellentiſſimum utriuſque iuris Doctorem Dominum Pier Philippum de Nobilibus de Cornio Peruſiae docentem ad legendum, interpretandum, & docendum per tres annos publi-

publice in Civitate Piſarum lectionem ordinariam de mane primariam Iuris Civilis pro pretio, & mercede quolibet anno noningentorum quinquaginta florenorum ad rationem quatuor librarum monete florentine, videlicet ad rationem otto carlinorum papalium.

Actum Peruſie in loco, ſive Conventu Canonicorum Eccleſie S. Laurentii Maioris Eccleſie Peruſie milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo tertio Inditione VI. die vigeſima tertia Aprilis.

Ioannes Octonis F. Lapi N. Niccolinius Archiepiſcopus fuit Amalphitanus ec. deceſſit an. 1504. De Petro Philippo Corneo vide praeter Cl. Fabronium & Panzirolum p. 194. eius Conſilia quae quatuor voluminibus in fol. max. contenta extant in Bibl. Magliabechiana impreſſa Peruſii an. 1501. 1502. in quorum primo legitur Auctoris vita, ubi multa dicuntur de variis eiuſdem operibus. Inibi etiam dicitur quod Florentini obtinuere, ut in Piſana Academia profiteretur; quod maxima honeſtatus mercede, maxima fama, & hominum admiratione triennio fecit. Maittaire affert *Comment. ſuper ſexto Codicis Papiae* 1498. Cl. Denis inter editiones ſaec. XV. refert eius *Lectura in ſextum Codicis Peruſiae* 1477. *& Tractatus ſocidi & ſocietatis Animalium in f.* ſine ulla nota.

1473. 23. *Aprilis*.

DOminus Ioannes Domini Ottonis de Nicolinis Canonicus Florentinus Sindacus, & Procurator inſignium, & illuſtriſſimorum Dominorum Thome Loyſi Domini Laurentii de Rodulfis, & Alamanni Philippi Cini de Rinutinis, & Petri Ioannis Andree de Minerbettis, & Laurentii Petri Coſme de Medicis, Offitialium almi Studii Florentie, & Piſarum requiſivit, & conduxit eximium, & famoſiſſimum Doctorem Dominum Baldum Ser Cole de Bartolinis Civem Peruſinum Peruſiae docentem ad legendum, & interpretandum publice in Civitate Piſarum lectionem primariam ad tres annos de ſero Iuris Civilis pro mercede mille quinquaginta florenorum quolibet anno ad rationem quatuor librarum monete florentine, videlicet ad rationem otto carlinorum papalium.

Actum Peruſie in loco, ſive Conventu Canonicorum Eccleſie S. Laurentii Maioris Eccleſie Peruſie milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo tertio Indictione VI. die vigeſima tertia Aprilis.

De Baldo Colae F. de Bartolinis dicto Baldo Novello ſive iuniore de Peruſia v. praeter Cl. Fabronium & Panzirolum eius opera ſed praeſertim eius Tractatum *De Dotibus & Dotatis mulieribus & earum privilegiis inchoatum in Studio Piſano & completum anno* 1479. *in f.*

1473. 29. *Aprilis*.

EGregius artium, & Medicine Doctor Magiſter Stephanus quondam Domini Antonii (*della Torre*) a Mediolano convenit, & promiſit Reverendo Patri Domino Antonio quondam Magnifici Militis Domini Petri de Pazzis Canonico Florentino, Sindico, & Procuratori magnificorum Virorum Thome Loviſii Domini Laurentii de Rodulphis, Alamanni de Rainucinis, Domini Petri de Minerbetris Equitis, & Magnifici Laurentii quondam Petri Coſme de Medicis, digniſſimorum Officialium electorum, & deputatorum ſuper reformatione Studii Civitatis Florentie, & Piſarum, accedere ad Civitatem Piſarum, & ibi per tres annos continuos legere & interpretari artem Medicine, & practicam ordinariam de ſero pro ſalario florenorum trecentorum largorum quolibet anno.

Actum Bononie anno 1473. Indictione VI. die 29. Aprilis.

De Stephano Turriano vide Cl. Fabronium Hiſt. Ac. Piſ. p. 346.

1473. 15. *Maii*.

FAmoſiſſimus, & iuris utriuſque Doctor Dominus Hieronymus Filius circumſpecti Viri Ser Thome de Zanitinis Civis, & Mercatoris Bononienſis locavit ſe, & eius induſtriam, & exercitium legendi Iura Civilia, ſeu Canonica in Civitate Piſarum venerabili, & egregio artium Doctori Domino Oliverio Canonico Sancte Liberate de Florentia tamquam Procuratori Officialium, ſeu Reformatorum inclite, & magnifice Civitatis Florentie in & ſuper ſtudio noviter inchoando in dicta Civitate Piſarum pro tempore, & termino trium annorum cum ſalario florenorum trecentorum ſexaginta in quolibet anno.

Actum Bononie anno 1473. Indictione VI. die 15. menſis Maii.

De Zanitinio v. Fab. Hiſt. Ac. Piſ. & Freytag. Adp. litter. ſed praecipue Iohannem Elephantutium *Notizie degli Scrittori Bologneſi* T. VIII. p. 240. Obiit an. 1493. VI. id. Apr. Bononiae ac reconditur in Clauſtro Divi Dominici cum ſequenti Epigraphe

D. O. M.
HIERONYMO ZANETTINO COM. ET EQ.
PONTIF. CAESAREIQVE IVRIS CONSVLTISSIMO
AN. MCCCCXCIII. VI. ID. APR.
VITA FVNCTO.

Cl. Denis inter editiones ſaec. XV. recenſet *Contrarietates ſeu diverſitates inter ius civile & canonicum per Dom. Hieronymum de Zanitinis in clariſſimo ſtudio Bononienſi publice legentem. Bononiae per Platonem de Benedictis anno* 1490. *f.*

Hieronymi Zanitini & Benedicti de Plumbino Diſputationes. Bononiae 1499. *f.*
Alia Zanettini Opera leguntur in maxima illa collectione quae Tractatus Tractatuum nuncupatur T. I. & II.

1473. 26. *Maii.*

VEnerabilis Vir Dominus Oliverius Filius quondam Magiſtri Thadei de Ardovinis de Florentia Procurator, & Syndicus Officialium Studii Piſarum conduxit excellentiſſimum, & famoſiſſimum Artium, & Medicine Doctorem Dominum Magiſtrum Albertinum de Chizolis Filium quondam Ser Iohannis de Cremona legentem in almo Studio Ferrarie lecturam Medicine ordinarie de mane ad legendum medicinam in Civitate Piſarum per tres annos continuos pro ſalario, & mercede florenorum trecentorum ſexaginta in quolibet anno.

Actum Ferrarie anno 1473. Indictione VI. die 26. menſis Maii.

Franciſcus Ariſius in ſua *Cremona illuſtrata* T. I. p. 284. loquitur de quodam Albertino Philoſopho & Medico qui in Lyceo Bononienſi Medicinam poſt medietatem ſaec. XV. profeſſus eſt. An idem eſt cum noſtro?

1473. 8. Iunii ſeu alio veriori die. Haec enim membrana quum in extremitatibus tam dextri quam ſiniſtri lateris penitus conſumpta ſit minime praebere nobis poteſt integrum ſenſum.

OLiverius Magiſtri Tadei de Arduinis Procurator Officialium Studii Civitatis Piſarum conduxit, & firmavit Iohannem de Graſſis Civem Taurinenſem per quatuor annos ad lecturam ordinariam de mane iuris Canonici pro mercede ſexcentum quinquaginta ducatorum largorum auri boni, & iuſti ponderis. Sub pacto, & conventione, quod, ipſe Dominus Iohannes, quia reperitur antiquior Doctorum legentium per Italiam, ſit primus in ipſo Collegio.

Actum Taurini anno milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo tertio Inditione ſexta die octava Iunii.

Adnectitur huic membranae ad maiorem ſecuritatem contractus, actus ille ſcilicet quo Officiales Studii eligunt Dominum Oliverium Magiſtri Thadaei de Arduinis de Florentia ad evocandos conducendoſque Profeſſores ut in Atheneo Piſano profiteantur in iure civili aut canonico ſive in medicina, & eſt huiuſmodi.

ANno ſalut. Incarnat. milleſimo IIII.º LXXIII.º Inditione ſexta die XII. menſis Maii. Actum Florentie in Palatio Populi. Officiales Studii Gymnaſii Florentini & Piſani fecerunt conſtituerunt & ordinaverunt ſuum verum & legitimum Sindicum & Procuratorem venerabilem virum Dominum Oliverium Magiſtri Tadei de Arduinis ad conducendos Profeſſores qui Scholam habeant Piſis in novo Studio illius Civitatis in iure civili vel canonico ſive in arte medica cum illo ſtipendio & conditionibus quas aequiores eſſe iudicaverit.

Etſi nomen Oliverii Arduini non ſatis eſſet notum (quod notiſſimum eſt); tamen & quod Officiales Studii eum elegerint ad alliciendos Magiſtros qui per Italiam publice laudabiliterque docebant ut Piſas concederent ad idem explendum munus; & quod admodum iuvenis & antequam laurea decoratus eſſet Philoſphiam dein Theologiam etiam adiunctam inibi profeſſus fuerit, argumentum certiſſimum eſt Doctrinae, ſedulitatis & probitatis hominis qui in honeſtis diſciplinis tempus omne conſumere ſatagit id quod de Arduino iure praedicari poteſt.

1477. 19. *Maii*.

VEnerabilis, & egregius Decretorum Doctor Dominus Ugolinus Michaelis Antonii de Regolinis Civis Florentinus tamquam Sindicus, & Procurator magnifice, & excelſe Civitatis Florentie, ac Dominorum Officialium Almi Studii ipſius Civitatis, & Pixarum, conducit Lazarum Datarium Franciſci F. Placentinum qui legit Papiae, ad legendam Medicinam Theoricam de mane pro mercede, vel ſalario 500. florenorum ad rationem, & computum librarum quatuor pro floreno monete florentine, qui floreni quinque centum modicum diſtant a ducatis quatuor centum auri ad duos annos, & pro tertio ad libitum qui Lazarus ſe obſtringit ad hanc conductionem dummodo obtineat permiſſionem a Duce Mediolani.

Actum Papie in Studio domus habitationis ſpectabilis Iuris utriuſque Doctoris Domini Iohannis Franciſci de Curte, anno milleſimo quatercenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Indictione decima, die decimo nono menſis Maii.

Lazarus hic probabiliter Piſas haud conceſſit, cauſatus fortaſſe ſibi denegatam fuiſſe a Duce Mediolani permiſſionem, neque enim illum reperire eſt in albo Profeſſorum qui Piſis docuerunt. Patet nihilominus quanta laus Gymnaſiarchis danda ſit qui nil intentatum relinquebant ut viros famigeratos conducerent.

Lazarus hic inter primos ſuae aetatis medicos reputabatur, eiuſque fama tractu temporis adeo crevit, ut acceſiri iuberetur a Magnifico Laurentio Mediceo extremo morbo laborante, ut docemur ex epiſtola Politiani ad Iacobum Antiquarium; ibi enim dicitur: „ Venit dein Ticino Lazarus veſter medicus, ut quidem viſum eſt experientiſſimus, qui tamen ſero advocatus, ne quid inexpertum relinqueret, precioſiſſima quaedam gemmis omne genus, margaritiſque conterendis medicamenta tentabat „.

1477. 24. *Maii*.

GEorgius de Natis Filius quondam Domini Magnifici Militis, & Doctoris Domini Henrieti Nate Civis Aſtenſis, & Vicarii

rii Generalis Marchionalis, & Conſiliarii promittit ſpectabili Decretorum Doctori Domino Ugolino Michaelis de Regolinis Civi Florentino Procuratori inclitiſſime, & Sereniſſime Dominationis Florentie, & ſive Magnificorum Dominorum Studii Civitatis Florentie, & Piſarum legere in Studio Piſarum Lecturam ordinariam de mane, ſive de ſero in Iure Canonico per duos annos, & per tertium ad beneplacitum pro ſtipendio florenorum quatuor centum ſtudii ad libras quatuor monete florentine pro quolibet floreno ſtudii.

Actum in Civitate Caſalis die 24. Maii anni 1477.

V. Fabr. Hiſt. Ac. Piſan. p. 156., & Denis pag. 331., ubi titulum ſequentis eius operis in medium profert.

Solemnis repetitio Clemen. ſepe de Verbo. Signifi. compoſita per preclarum iuris utriuſque Doctorem, & Militem Dominum Georgium Natthani Civem Aſten. Papie 1492. *die XV. Septembris.*

Et idem Denis pag. 623. recenſet: *Solemnis repetitio C. quivis de pactis Lib. VI. Edita per ſpectabilem iuris utriuſque Doctorem D. Georgium Nattam Civem Aſtenſem Papie iura Sexti, & Clementinar. legentem anno Dominice Nativitatis MCCCCLXXV. cum multis additionibus poſtea ab eodem poſitis*. Abſque nota.

Nattae meminit etiam Ferrantes Borſetti in Hiſt. Gymnaſ. Ferrar. T. 1. pag. 40.

Poſtremo tandem loco afferatur membrana (omiſſis aliis minoris momenti) ex eodem Tabulario eruta, quaeque indubie pertinet ad tempus quo Lyceo quinquevir præeſſe videtur Alamannus Rinuccini, quum iterum in eodem munere in locum ſuffectus fuerit Berlingheri Berlingherii, qui ex febri epidemica die 23. Septembris anni 1480. deceſſit, quae continet Mandatum Petri Leonii Leonardi filii de Spoleto, quo conſtituit Petrum Thomae filium de Soderinis ſuum negociorum geſtorem ad obtinendam Cathedram de materia medica Florentiae vel Piſis, ut alias ibidem iam obtinuerat, ad tres annos pro ſeptingentis florenis ſub certis conditionibus; Quod Mandatum datum eſt Romae in praeſentia Petri Leonii conſtituentis abſente Petro de Soderinis, qui fortaſſe idem eſt ac ille, qui poſtremo Reipublicae tempore fuit Vexillifer Iuſtitiae perpetuus. Actum an. 1482. Ind. XV. die vero Mercurii octava Maii anno XI. Pontificatus Sixti IV. & eſt ut ſequitur.

1482. 8. *Maii*.

IN nomine Domini Amen. Noverint univerſi & ſinguli preſentis publici inſtrumenti ſeriem viſuri & inſpecturi, quod anno a Na-

a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo Indictione quinta decima, die vero Mercurii octava Maii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sixti Divina Providentia Pape quarti anno undecimo in mei Notarii publici teſtiumque infraſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter & rogatorum preſentia preſens & perſonaliter conſtitutus.

Egregius Vir Magiſter Petrus Leoni Leonardi de Spoleto artium & medicine Doctor principalis principaliter pro ſe ipſo citra tamen quorumcumque procuratorum ſuorum per eum hactenus quomodolibet conſtitutorum revocationem omnibus melioribus modo via iure cauſa & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit poteſtque & debet, fecit conſtituit creavit deputavit nominavit & ſolemniter ordinavit ſuum verum certum legitimum & indubitatum procuratorem actorem factorem negotiorumque ſuorum infraſcriptorum geſtorem ac nuntium ſpecialem & generalem ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra, videlicet ſpectabilem virum Dominum Petrum Domini Thome de Soderinis abſentem tamquam preſentem ſpecialiter & expreſſe ad ipſius Domini conſtituentis nomen & pro eo ſe & operam ſuam Magnificis viris Dominis Officialibus almi Studii ſeu Univerſitatis Florent. ſeu Piſan. pro tempore exiſtentibus . . . . . Studio Piſan. vel alibi diebus conſuetis & horis competentibus prout moris eſt in facultate & ſcientia medicine theorice vel pratice prout eiſdem Officialibus pro utilitate & honore dicte univerſitatis & Scolarium in eadem ſtudentium, expedire videbitur palam & pub. ordinarie in locis & Scolis conſuetis Scolaribus in huiuſmodi Univerſitate ſtudentibus & eumdem conſtituentem audire volentibus prout per certos alios Doctores in huiuſmodi Univerſitate legentes & regentes facere conſuetum eſt legendi & regendi ipſaſque ſcientias medicine theorice vel pratice prout per dictos Officiales viſum fuerit ad honorem & utilitatem dicte Univerſitatis & dictorum Scolarium in huiuſmodi ſcientiis ſtudentium rite & eleganter prout ceteri Doctores in huiuſmodi Univerſitate legentes & regentes facere conſueverunt, interpretandi & declarandi pro tanto tempore pro quibus

bus alias idem conſtituens a dictis Officialibus fuit conductus videlicet trium annorum incipiendorum a principio ſtudii in feſto Sancti Luce vel omnium Sanctorum proxime & inmediate ſequentium & finiendi praedictis tribus annis finitis & revolutis pro pretio & ſumma cuiuslibet anni predictorum trium annorum ſeptingentorum florenorum valore cuiuslibet floreni quatuor librarum monete florentine per prefatos Dominos Officiales ſeu eorum quemlibet eidem Domino conſtituenti vel procuratori ſuo ad hoc ab eo legitime conſtituto in locis & terminis per dictos Officiales & eius procuratorem ſpecialiter deputandis & aſſignandis perſolvendum & cum pacto & conditione quod nullus alter Doctor Territorii Florentini ad eius conniventiam ſive tali hora lectiones in huiuſmodi ſcientia legere & determinare poterit locandum & concedendum ipſosque Officiales ad huiuſmodi ſalarium eidem Domino conſtituenti ut prefertur occaſione premiſſorum perſolvendum, ſub ſententiis cenſuris & penis quibus eidem procuratori ſuo viſum fuerit in huiusmodi contractu condictionis apponendis, obbligandum & obbligari faciendum & procurandum & generaliter omnia alia & ſingula facienda dicenda gerenda procuranda & exercenda que in premiſſis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna & que ipſemet Dominus conſtituens faceret & facere poſſet ſi premiſſis omnibus & ſingulis perſonaliter intereſſet etiam ſi talia forent que mandatum exigerent magis ſpeciale quam preſentibus eſt expreſſum. Promictens inſuper idem Dominus conſtituens michi Notario publico infraſcripto tamquam publice & auctentice perſone ſolemniter ſtipulanti & recipienti vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt vel intererit ſeu intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſe ratum gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id & quitquid per dictum procuratorem ſuum conſtitutum actum dictum geſtumve fuerit in premiſſis ſeu quolibet premiſſorum, relevans nichilominus & relevare volens procuratorem ſuum huiuſmodi ab omni onere ſatiſdandi iudicio ſiſti & iudicatum ſolvi cum omnibus & ſingulis clauſulis neceſſariis & opportunis ſub ypotheca & obligatione omnium & ſingulorum bonorum

ſuo-

ſuorum mobilium & immobilium preſentium & futurorum ac ſub omni iuris & facti renunciatione ad hec neceſſaria pariter & cautela. Super quibus omnibus & ſingulis ſupradictus Dominus conſtituens petiit & requiſivit per me infraſcriptum notarium ſibi fieri & tradi unum, duo aut plura publicum ſeu publica inſtrumentum & inſtrumenta.

Acta fuerunt hec Rome in domo habitationis prefati Domini Conſtituentis ſub anno, indictione die menſe & Pontificatu quibus ſupra, preſentibus honorabilibus viris Dominis Rizardo Pontano & Leone Clerico Cameracen. Dioec. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Antonius Zenus Clericus Ferrarien. pub. Imperiali auctoritate Notarius quia premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic ut premittitur dicerentur fierent & agerentur una cum prenominatis teſtibus preſens interſui, eaque omnia & ſingula ſic fieri dici vidi & audivi ac in notitiam ſumpſi & qua hoc preſens publicum inſtrumentum manu alterius me aliis prepedito negociis fideliter ſcriptum & in hanc publicam formam redactum ſigno & ſubſcriptione meis in tabulis apponi ſolitis & conſuetis ſignavi & ſubſcripſi in fidem robur & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus.

Petrus Leonius Leonardi Filius Spoleti natus magnum profecto nomen in Medicina facienda ſibi comparavit, deceſſit illico poſt obitum Laurentii Medicei, cui adſtiterat tamquam Medicus. Repertus enim eſt in puteo cuiuſdam ſuburbanae villae Careggianae demerſus.

Libuit allatam membranam ex integro tranſcribere, tum quod diverſae indolis eſſet ac ſuperius recenſitae, tum ut ſpecimen aliquod praeberetur formularum, quae tunc temporis in huiuſmodi negociis adhiberi ſolebant, tum demum ut manifeſto conſtaret, hominem, qui pluries recuſarat, conduci iterum Piſas ad ſcholam regendam, repente mutato conſilio, dum eſſet Romae, in mandatis dediſſe Petro Soderinio an. 1482., ut in Lyceo vel Florentino, vel Piſano Medicinam ſibi profiteri liceret.

Omitto duo alia mandata iiſdem fere verbis concepta, quorum alterum datum Venetiis an. 1480. die 6. Octobris reſpicit Magiſtrum Conradinum quondam Domini Magiſtri Simeonis de Tirabuſchis de Bergamo Paduae Medicinam legentem, qui petit Cathedram Medicinae Piſis ad duos annos: Alterum vero datum Ferrariae an. 1484.

 die

die 14. Iunii, pertinet ad Dominum Ioannem Mariam Riminaldum F. quondam Nobilis viri Iacopini civ. Ferrariae, qui poſtulat Cathedram Iuris Civilis de mane pariter Piſis &c. Atque haec de conductionibus dicta ſufficiant, non enim vacat ſingulas perſcrutari.

Antequam manum e tabula amoveam obiter animadvertere placet in illis membranis, quae ex Archivio Diplomatico mihi praeſto fuerunt, non ſemper ſingillatim exprimi nomina Praeſidum Academiae: ubi vero exprimuntur, numquam me adinveniſſe *Donatum Acciaiolum*, tamquam unum ex iſto Collegio, uti aſſerit Fabruccius, eum praefuiſſe primo reſtaurationis anno, nempe 1473. quum praeſertim minime verum ſit, ut ex Poccianto nobis obtrudit, Donatum ſcilicet obiiſſe eo ipſo anno utpote qui deceſſerit anno 1478. die 28. Auguſti, ut eruitur etiam a Rinucciniano Prioriſta, qui menſibus Septembris & Octobris illius anni ita adnotat: „ Al tempo di queſti Signori, cioè a dì 4. di Settembre ſi vinſe nel Conſiglio del Cento una Provviſione in favore di Donato di Neri di Meſſer Donato Acciaioli, il quale morì a Milano a dì 28. di Agoſto, che andava Imbaſciatore per la Comunità di Firenze al Re di Francia, la quale Provviſione conteneva, che s' intendeſſe finito del Salario, che aveva avuto per meſi quattro, e che i Figliuoli fuſſino ridotti a Fiorini uno di gravezza per anni quindici, e che fuſſino fatte le Dote di Fiorini ottocento per una alle ſue Figliuole femmine, e che gli fuſſino dati per la Signoria quattro Tutori, che aveſſino a governare i fatti dei Pupilli, cioè de' Figliuoli di detto Donato con quella autorità, che hanno gli Ufficiali dei Pupilli „.

ALamannum nullam maſculam prolem poſt ſe reliquiſſe colligitur ex domeſtico Archivio penes Rinuccinios. Ex illo enim eruitur:

VIII.

„ ALamanno preſe per moglie Liſa di Betto Capponi, dalla quale ebbe due femmine Aleſſandra, e Ginevera, la prima ſi maritò a Neri di Chirico Pepi, e la ſeconda a Lando di Giovanni Tanagli. Ebbe un figlio maſchio per nome Filippo, che in età molto giovine premorì al Padre, poichè nel Teſtamento fatto da Alamanno nel 1498. per rogito di Ser Antonio di Parente d' Antonio Protoc. dal 1479. al 1509. a 229. non ſe ne fa menzione.

„ Ebbe ancora un figlio illegittimo, che da Filippo nonno

nel

nel ſuo Teſtamento è iſtituito erede di una porzione del di lui patrimonio ſufficiente a vivere con decoro: ma non parlandoſene più nel Teſtamento di Alamanno, ſi crede ad eſſo premorto „.

Inter fratres Alamanni is qui ſucceſſorem familiae dedit fuit Nereus, qui natus anno 1436. die 30. Iulii, poſtea an. 1462. matrimonio cum Falchetta Petri F. Io. N. de Vieris iungitur, qua vita functa cum Petra Bartholomaei F. Ruperti N. Cavalcantis connubium iniit; ex utraque ſeptemdecim ſuſcepit liberos mares decem, & foeminas ſeptem, adeoque Nereus Alamanni frater familiam Rinucciniorum produxit.

Haec pauca dixiſſe ſufficiat, non enim hiſtoriam domus Rinucciniae contexere inſtituimus.

PLura afferri poſſent argumenta, quae comprobent Alamannum impenſo ſtudio ſapientum virorum amicitias coluiſſe. Quam amice, exempli gratia, inter ſe colerentur Alamannus, & Poggius Bracciolinus ea quidem ratione, qua Parens ſuos amat natos, & rurſus ab iiſdem diligitur, adeo ut ille ab hoc in honeſtis diſciplinis inſtitutus a nonnullis credatur, conſtat ex Epiſtola ipſius Poggii, quam attulimus p. 82. & ex Epiſtolis, quas mox ſubiiciemus; ex quarum altera manifeſtum eſt, Donatum Acciaiolum Alamanni opera familiaritatem, vitaeque conſuetudinem cum laudato Poggio contraxiſſe.

VIIII.

Donatus Poggio.

TAcere non poſſum, quin tibi ampliſſimas gratias agam, cum memini me opera tua ad bonarum artium ſtudia eſſe revocatum, a quibus priuſquam in amicitiam tuam venirem multarum rerum moleſtiae abduxerant animum, & quaſi ab omni exercitatione ingenii adverſum alienumque reddiderant. Itaque illius diei numquam obliviſcar cum ad te una cum Alamanno Rinuccino domum tuam veni, cupiens affari eloquentiſſimum noſtrae aetatis virum, aſpectu & fama mihi antea cognitum, nec ab eo prius diſcedere, quam eſſem ſuam amicitiam conſequutus. Me natura amicitiarum appetentem fecit, eorum praeſertim, qui ingenio & do-

ctrina ceteris hominibus antecellunt. A te igitur ſum benigne humaneque ſuſceptus, ut nulla ad humanitatem tuam potuerit fieri acceſſio. Qui enim fuerunt ſermones tui? quae monita? quae exhortationes ad ſtudia litterarum? Neſcio quo pacto factum ſit, ut cum antea omnes cogitationes meae longe abeſſent ab omni ſtudio liberali, ſic a te diſceſſi amore litterarum, & cupiditate pene incredibili concitatus, ut nihil in vita expetendum putarem, niſi quod eſſet cum maximarum rerum doctrina ſcientiaque coniunctum. Ego igitur cum in hanc litterarum cupiditatem opera tua me videam eſſe perductum, non dubitabo te exorare, ut deinceps etiam monitis praeceptiſque tuis quibuſcumque rebus poteris (poteris autem plurimis) iuves ſtudium meum. Operarii non poſſunt in Mechanicis artibus ſine duce eſſe periti. Quid de nobis dicendum erit, qui in hac maiore ac excellentiore arte verſamur? Ego te ducem ex omni copia doctorum hominum ſolum potiſſimumque delegi, quem mihi ad imitandum proponerem. Erit humanitatis & benivolentiae tuae non deſerere hominem tibi tantopere deditum, ſed opera & conſilio tuo ab omni ignorantia ſublevare, ac perducere ad cognitionem aliquam litterarum. Quod ut facias te etiam, atque etiam rogo. Has autem litteras, cum ſint primae, breves eſſe volui aurium tuarum iudicium reformidans: quas ſi non omnino aſpernaberis, ſecundas, & tertias his longiores, ac uberiores ad te mittam. Vale VIII. Martii 1454.

Donatus Alamanno Rinuccino ſal.

Etſi antea Poggium ſatis me cognoviſſe putabam, tamen hodie cum domum ſuam accederem maiorem etiam cognovi in eo homine benignitatem quam umquam antea. Me ut filium ſuſcepit, me ad bonos mores, me ad ſtudia litterarum excitavit, me amantiſſime monuit, ut aut ſemper legerem, aut ſcriberem, aut agerem aliquid dignum viro: multa de dicendo dixit & quaſi quaedam aperuit Oratoris myſteria. Tantum igitur de ſermonibus eloquentiſſimi viri percepi animo voluptatem ut dubitem ad te

omnia

omnia perſcribere ne mihi invideas, graviterque feras te his ſermonibus non interfuiſſe. Haec ſatis ſint ad te monendum, ne a latere hominis umquam diſcedas. Vale XIIII. Martii 1454.

Donatus Alam. Rinuc. reſpondens innuit quos is praecipue amicos coluerit.

ACcepi tuas litteras, quas legi libentiſſime: Baldaxarem tuum, quem mihi commendas diligentia, ſtudio, opera quantum in me erit curabo non tam ut obediam mandatis Dominorum meorum, ſed etiam ut tibi obtemperem. Vale mi Alamanne & Marco, Baccio, Dominico, Petro Philippo, Martello, & Veſpaſiano & ante omnes Argirophylo facito quod commendes. Ex urbe 1471.

Inter diſcipulos melioris notae, qui ex Schola Argyropuli prodierunt numeratur Alamannus noſter, qui quamvis neglectus ab iis, qui in recenſendis eius diſcipulis inſudarunt, tamen inter potiores referri meretur. Donatus ipſe Acciaiolus, quamvis laudetur hoc nomine a Corteſio & a Raphaele Volaterrano, in graecanica tamen eruditione & lingua Alamanno longe inferiorem ſe eſſe facile agnoſcebat, Lianoro enim Bononienſi tam in graecis, quam in latinis litteris inſtructiſſimo, qui eum ad Epiſtolas graeco idiomate exarandas probabiliter hortabatur, reſpondit, ut habetur in Cod. Gadd. 595. in Magl. „Has ego litteras ſcripſi latine cum graecarum litterarum vix prima elementa attigerim. Alamannus Rinuccinus, cum ſit me ἑλληνικώτερος, poterit graece melius reſpondere. Sed quicquid ſit, ſive latinas, ſive graecas, binas pro unis ad te litteris mittimus ab Heſiodo moniti, qui eadem menſura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore ſi poſſis. Vale Flor. primo Octobris 1454. „.

Quamvis Alamannus talis ac tantus eſſet nihilominus ob innatam quamdam modeſtiam, qua potius eſſe aliquid quam videri volebat non ſolum, ut ait Beroaldus (qui primus in lucem protulit typographiae ope verſionem Philoſtrati an. 1501.) erat trivialibus doctoribus ignotus, verum etiam maximis Profeſſoribus parum cognitus. Aſt Argyropulum non latebant merita Alamanni, adeoque quum ad Convivium Mediceum, quo excipiebatur magnifice Philotimus quidam Conſtantinopolitanus accederet, nihil illi potius fuit, quam ut Alamannum una cum Donato, & Petro Acciaiolis ſecum haberet; oſtendens ſe poſſe de talibus alumnis iure optimo gloriari. Verum totam hanc rem ſatius erit exponere verbis Chriſtophori Landini, qui in Tractatu *De vera Nobilitate* hanc hiſtoriolam narrat. Novi equidem in ſpecimine Litteraturae Florentinae ſaec. XV. T. II. a Cl. Bandinio locum hunc Landini referri: at quum totum fragmentum mihi humaniſſime communicaveris

rit Cl. Fogginius Bibliothecae Corſiniae Praefectus non dubito lectoribus fore gratiſſimum, ſi hic ex integro tranſcribam.

Bibliothecae Corſiniae Codex notatus numero 433. continet Tractatum Chriſtophori Landini *De vera Nobilitate*. Codex in membranis eleganter ſcriptus eſt picturiſque decoratus, idemq. eſt exemplar, quod Landinus Laurentio Mediceo obtulit, ut ex ſtemmate primae Libri paginae praefixo luculenter apparet. In Operis Proemio de Laudibus Gentis Mediceae generatim diſputat. Opus autem ipſum ſic incipit.

CUm Petri Medicis (parentis) e vita diſceſſu ſibi non ſolum in cura omni familiari ſuccedendum (Laurentius) animadverteret; verum Avi, Patriſq., quae ampliſſima in Cives peregrinoſque fuerat, benivolentiam, auctoritatemque tuendam, augendamq., quoad ei liceret proponeret: ut erat ingenio ad cuncta, ad quae ſe verteret acerrimo, & conſilio, iudicioque longe ſupra aetatem excellenti, omnia ſtatim circumſpexit, quibus quae ſibi propoſuiſſet aſſequeretur.

Erant autem plerique ex avitis, paterniſq. amicis, qui aetate iam graves & apud Cives ſuos auctoritate non mediocri permagni ad Populi Florentini non ſolum libertatem tuendam, verum etiam ad imperium honeſtandum propagandumque referre putarent ſi adoleſcentem quidem ipſum tum publica, tum ſua privataque cauſa in priſtina diuturnaque Mediceae Familiae fama gloriaq. retinerent. Sed illos ab huiuſcemodi conſilio hominis nimis, ut putabant, tenera aetas deterrebat, quam quidem nec ſatis illi prudentiae ad tot tantaque munera recte obeunda ſubminiſtrare: nec rurſus ſi ſubminiſtraſſet, tamen apud alios fidem facturam exiſtimarent: praeſertim cum ille hactenus in bonarum artium ſtudiis verſatus nullum adhuc publicum negocium attigiſſet. Sed verum eſſe omnino deprehenditur quid humanum ingenium valeat, niſi periculum feceris vel prudentioribus inprimis ſcitu difficile eſſe: verum diligentius huiuſcemodi omnia ſecum, & cum amicis revolvens, canamque aetate impubere prudentiam mente excitans huc tandem poſt diuturnam conſultationem evaſit, ut eum diem aliud ſibi vitae inſtitutum depoſcere ſecum decerneret. Itaque

que omni officiorum genere contendens multorum, & magnorum quidem virorum mentes in priſtina amicitia conſtabilivit. Multos etiam, ut eſt ingenio ad quaeque maxima prompto nova ſibi benivolentia illexit. Hoſpitalitates autem ex omnibus Italiae, ac praeterea tranſalpinis transmarinisque Civitatibus mirifico quodam humanitatis, affabilitatis liberalitatiſq. genere conciliavit. Quibus artibus & Reip. gloriam auxit, & domum ſuam aedificatione magnificam, opibus ſplendidam, copia varietateque hoſpitum mirum in modum honeſtavit. Navigaverat autem per ea tempora e Graecia in Italiam Philotimus Conſtantinopolitanus vir quidem maximis divitiis pollens & ab iis maioribus ortus, quos fama conſtans a priſcis Conſtantini Caeſaris temporibus eam urbem non ſine dignitate habitaſſe tradebat. Adduxerat ſecum Aretophilum Athenienſem Philoſophum hominem quidem obſcuro genere humilique fortuna productum; ſed iis litteris, eaque eloquentia inſignem, ut quamvis a Stoicis integra ſententia non diſcederet, antiquam tamen illam Academiam & admiraretur & coleret. Hi cum Romam perveniſſent, atque fama de Petri morte paſſim vagaretur *, indoluit ſane Philotimus: quippe cui vetuſtum, ſancteque ſemper obſervatum cum Coſmo Petroque hoſpitium fuiſſet. Itaque Florentiam properat ut & Laurentii moerorem levaret, & paternae avitaeque hoſpitalitatis iura renovaret. Haec ſuorum qui Romae erant litteris praedoctus Laurentius ex urbe ad quartum uſque lapidem obviam venit, familiariterque exceptum, atque deoſculatum, cum prius multa quae ad adoleſcentis luctum levandum pertinere arbitraretur ipſe lacrimans protuliſſet; multaque de paterna morte indoluiſſet, vicemque Reip., quae tam acerbam calamitatem accepiſſet, tamque gravem omnibus bonis iacturam feciſſet vehementer deploraſſet in urbem atque inde recta domum perduxit. Et iam diei tempus ut convivium inirent poſtulabat.

Itaque Laurentius, ſic enim & ſua liberalitas & hoſpitis fortuna atque ingenium exigere videbatur, ſplendide ſimul ac laute homi-

* Petrus Mediceus Laurentii Pater, de quo agitur, moritur die tertia Decembris anni 1469.

homines accepit. Sedebant autem in eodem convivio a Laurentio vocati Gentiles Aretinus *, quo praeceptore & doctrina & moribus probato ipſe hactenus uſus fuerat, & Antonius Allius **, cuius in ſacris litteris doctrina magna ferebatur.

Hi autem ambo alter Volaterranus alter Aretinus Antiſtites erant.

* Gentiles Becchius Urbinas Georgii Filius, de quo ſuperius pag. 26. in notis egimus, praeceptor fuit Laurentii Medicei, & Canonicus Flor., dein Epiſcopus Aretinus (V. Salvinum in Catal. Can. Flor.) qui errore forſan librario eius morti adſignat diem XIX. Aprilis anni 1497. quum probabiliter debeat eſſe IX. Ex Ughellio enim Coſmus Paccius eius immediatus ſucceſſor electus fuit die XVII. Aprilis, & die VII. eiuſdem menſis in diſcrimine vitae erat, ut ex mox tranſcribendis eruitur epiſtolis, quas Reſpublica Flor. ſcribit tum Aretii Praetori (Capitaneum dicebant) tum Vicario Epiſcopi Ludovico Adimario. En Epiſtolas ex Codice MS. Rinucciniano pag. 378.

Vicario Epiſcopi Aretini Venerabilis Vir. Intendendo noi con grande diſpiacere el pericolo della vita di Meſ. Gentile Veſcovo di coteſta noſtra Città, acciocchè le coſe ſue non vadino male, vogliamo che con diligentia aſſiſtiate a ſua Signoria & curiate ſe Dio faceſſi altro di lui chelle coſe & robe ſue non ſiano tolte & trafugate, però ſeguendo la morte ſua ſubito datene adviſo & farete fare uno inventario publico preſente el Capitano noſtro di tutto el ſuo mobile & danari & argenterie & ad inſtantia noſtra ſerberete decte coſe, acciocchè al ſucceſſore ſuo ſe ne poſſa rendere buon conto, & di coſtì dalla guardia del tutto non vi partirete ſanza noſtra licentia.

Ex Palatio noſtro die VII. Aprilis 1497.

Capitano Aretii Spectabilis Vir Civis noſter. La preſente incluſa ſubito renderete a Meſ. Lodovico Adimari Vicario del Veſcovo di coſtì, al quale ſcriviamo che ſtia con diligentia aſſiſtente a Meſ. Gentile, quale intendiamo verſari in diſcrimine vitae & che facci ſeguendo la morte ſua uno inventario di tutto el ſuo & argenterie & danari & mobili & colle debite ſolennità iuridiche & che alla preſentia di detto inventario vogliamo che voi vi troviate. Però colla ſolita voſtra prudentia, morendo Meſ. Gentile, inſieme con detto Meſ. Lodovico procurerete ſubito decto inventario publico & la conſervatione della poſſeſſione & del tutto le qual coſe ſtieno apreſſo a detto Meſ. Lodovico a noſtra requiſitione, acciò ſe ne poſſa rendere buono conto al ſucceſſore ſuo, & ſeguendo la morte ſua ſubito ne darete adviſo.

Ex Palatio noſtro dicta die.

** Can. Fl. & praeceptor Petri Barbi, qui poſtea ad Apoſtolicae Sedis culmen elatus Paulus II. appellatus eſt, a quo a Cathedra Feſulana ad Volaterranam fuit translatus. Huic Pontifici dicat Acta & Geſta Sanctorum, quae eius iuſſu exaraverat quaeque in Bibl. Vaticana extant Cod. 3742. V. Vitam Nicolai V. a Dominico Georgio conſcriptam.

erant. Hos duos Epiſcopos duo ſequebantur Canonici Coſmianae domus apprime familiares, Georgius Antonius Veſpuccius * Latinis, Graeciſque Litteris eruditus, & Angelus Politianus ** poeta egregius, & totius antiquitatis ſcrutator diligentiſſimus. Accerſitus & Leo Baptiſta Albertus ***, quem nulli ſuae tempeſtatis viro poſtponendum nemo prudens aequuſque rerum exiſtimator iudicabit, quique ad mirificam quamdam & omnino atticam eloquentiam omnes pene liberales artes adhibuerat; qui denique ad naturae arcana inveſtiganda iure natus videtur. Accerſitus & Marſilius Ficinus ****, quem ego omnibus concedentibus Platonicorum virorum ſummas delitias dixerim. Is enim divinam illorum diſciplinam plurimis iam ſaeculis ſitu temporum, hominumque tenebris obrutam in lucem revocavit. Venit poſtremo cum ſe pergratam Laurentio rem facturum arbitraretur, & ut civem amicumque ſuum tamdiu non viſum ſalutaret Iohannes Argyropylus *****, cui quidem omnium Graecorum in omni philoſophiae genere principatum ea tempeſtate plerique concedebant. Hunc ſecuti ſunt ex eius auditoribus viri nobiles Azaroli duo Petrus, ac Donatus ******, Ala-

 man-

* Georgius Ant. Veſpuccius Americi F. Stagii N. Canonicus Florentinus, dein an. 1497. Monachus Dominicanus. Obiit an. 1514. die 17. Aprilis. Dionyſius Ioannis Reuclini germanus frater inſtitutus fuit in litteris Domi Georgii Veſpuccii, ut ipſemet Reuclinus narrat in Rudimentis Linguae Hebraicae.

** Angelus Politianus Can. Flor. obiit admodum iuvenis an. 1494. die 28. Septembris. Nil habeo, quod addam tot inſignibus viris, qui de eo ſcripſerunt.

*** De Leone Baptiſta Alberto egimus ſuperius pag. 46. in notis.

**** Marſilius Ficinus Can. Flor. Princeps Academiae Platonicae a Laurentio Mediceo reſtitutae, ac omnibus notiſſimus propter eius egregia opera. Obiit an. 1499. die 3. Octobris.

***** De Argyropylo multa congeſſimus p. 2. & ſeqq.

****** Petrus, & Donatus germani fratres Nerei Acciaioli filii. Uterque in lingua latina & Romana eruditione a Iacobo Lucenſi qui poſtea Cardinalis Papienſis eſt dictus, fuit inſtitutus; quemadmodum in graecis litteris ab Io Argyropylo. Vitam Petri, Mazzucchellio teſte, Veſpaſianus Florentinus exaravit, in qua recenſentur eius opera, & munera quae pro Rep. Florentina geſſit. Notior eſt Donatus non ſolum ob doctrinam ſed etiam ob illuſtres Legationes, quibus pro Rep. Flor. functus eſt. Obiit Mediolani die 28. Auguſti an 1478. ut iam ſuperius diximus In Bibl. Magl. inter impreſſos libros ſaec. XV. extat Expoſitio ſuper libros Ethicorum

mannus Rinuccinius, qui cum iamdiu dicendi artificio, aſſiduiſque declamationibus haud mediocri eloquentia ornati eſſent, ſummo deinceps ſtudio ſeſe in Philoſophia Argyropylo erudiendos tradiderant, tantumque in ea re profecerant, ut iam haud obſcurum apud ſuos eorum nomen eſſet. Vocavit & me * Laurentius. Horum igitur quos commemoravi virorum diſcubitu non minus voluptatis animo, menteque ex vario diſputandi ſermone, quam palato ex epularum ſuavitate ac varietate convivae capiebant. Itaque tanta urbanitate, feſtivitateque plerique e philoſophia graviores loci tractati ſunt, ut Laurentianum huiuſcemodi convivium Platonico Sympoſio non diſſimile videretur.

Acceptus etiam fuit Alamannus toti Mediceae domui, in qua familiariſſime vixit. Ad hoc probandum ſatis eſt praeter ea, quae hactenus adduximus, in medium afferre nuncupatorias Epiſtolas quae praemittuntur latinis verſionibus ab Alamanno confectis nonnullarum vitarum ex Plutarcho, quas lubens adnectam, quod ab earumdem primis editoribus vel penitus omiſſae, vel aliis adtributae, & erroribus ſcatentes proferuntur. En igitur illas ex Bibl. Laur. depromtas, incipiendo ab ea, quam primitias ſuorum ſtudiorum vocat, quamque Petro Mediceo ſequenti Epiſtola nuncupat.

Ad Petrum Medicem.

CUm graece nuper apud Plutarchum Niciae Athenienſis, Marcique Craſſi vitas lectitarem, atque illorum praeclariſſima geſta diligentius intuerer, permulta in utroque non admiratione ſolum, ſed imitatione digniſſima comperiſſe viſus ſum, cumque eas nondum in latinum converſas audiſſem, res digna profecto viſa eſt, in qua laborem, atque operam meam rectiſſime collocarem, ut ſi quid in ſtudiis graecarum litterarum profeciſſem experirer, meoque

rum Ariſtotelis in novam traductionem Ioannis Argyropuli Florentiae 1478. Apud Sanctum Iacopum de Ripolis in f. & inter manuſcriptos extat Codex 595. Gadd. in f. in quo plures leguntur Donati Epiſtolae autographae, & ex iis nonnullae Alamanno noſtro. V. Mazzucchellum.

* Scilicet Chriſtophorum Landinum. De eo tot extant monumenta, ut ſupervacaneum ſit quidquam addere.

que labore noſtris etiam hominibus qui graecas litteras non attigiſſent, virorum talium mores innoteſcerent. Quorum alter graviſſimo Ariſtotelis teſtimonio inter tot Athenienſium civium millia cum paucis admodum fuiſſe optimus, patriaeque amantiſſimus perhibetur; alter quod facile apud omnes hiſtoriarum Scriptores conſtat, tertius inter Principes Romanos numeratur ea praeſertim aetate, qua maxime Romani imperii vires floruere. Non parvam quoque de maximis rebus nec ſatis propter librorum iacturam manifeſtis cognitionem huiuſmodi hiſtoria afferre videtur; ſiquidem de Spartaco bello in quo toties Romani duces caeſi ſuperatiq. fuerunt, ac de Parthica expeditione, quae inter paucas populi Romani praeclariſſima memoratur, nihil niſi quod ſparſim a nonnullis tactum eſt, ſcriptum reperiatur. Tibi vero potiſſimum has meorum ſtudiorum primitias mittendas cenſui, ut ex tuo nomine atque amplitudine interpretationi huic aliquid dignitatis accederet; tum vero ut amorem praecipuum benevolentiamque erga virtutes tuas hoc munuſculo declararem, quod tibi non ingratum futurum arbitror. Nam tum te ſemper litterarum amantiſſimum cognovi, tum vero temporibus his poſt pacem, Divino Numine, tuiſque, ac patris tui clariſſimi, atque optimi viri conſiliis Florentino populo tributam, poſtque ſanctiſſimum illud foedus cum Venetis, Mediolanique Duce, tuo maxime labore, induſtriaq. compoſitum, cum tibi a publicis muneribus laxatio quaedam praeſtaretur, lectitandi ſtudio te interdum recreari compertum habeo, & quamquam innumera tibi ad legendum ſuppeditari certo ſciam, non iniucundum tamen fore putavi duorum aetatis ſuae clariſſimorum hominum mores vitaſque cognoſcere, quorum uterque cum in ſua Republica facile princeps extiterit, tum vero talia domi foriſque geſſit, quae cognitione digniſſima videantur, plurimumque ad hiſtoriae cognitionem afferant adiumenti. Caſus vero illorum tantam fortunae continent varietatem, ut praeclarum humanae fragilitatis inconſtantiaeque teſtimonium praebeant. Praeterea nihil abſurde feciſſe videor ſi duorum hominum qui concivium ſuorum longe ditiſſimi habiti ſunt vitas ad eum potiſſimum miſerim, qui

omnes non modo aetatis noſtrae, ſed ſuperiorum etiam temporum cives, qui in hac urbe aliquando fuerint, divitiarum magnitudine facile ſuperet. Nam quid ego de ſumma auctoritate, dignitateque in Republica dicam, qua & Niciam, & omnes etiam Graeciae Principes vel ſuperaſſe, vel certe adaequaſſe videris, ſi Rerum publicarum magnitudinem inter ſe vel in eis virorum excellentiam conferre voluerimus; ſiquidem in noſtra Republica eam es auctoritatem conſecutus, quanta maxima in libera civitate unius eſſe poteſt. Tu igitur hoc qualecumque ſit tuo nomini dicatum munuſculum libenti animo ſuſcipe, & qua ſolitus es in omnes humanitate complectere, tuarumque aurium iudicium eruditiſſimum his meis dictis parumper impartiri non graveris, atque inter caeteros libros a doctiſſimis viris tibi deſtinatos opuſculo huic, loci aliquid eſſe patiare; eſt enim etſi forte minus eleganter, fideliter certe planeque translatum, ut nihil quod ad hiſtoriae ſeriem pertineat deſideraturum te eſſe confidam. Quod ſi abs te homine iudicandi peritiſſimo, non contemni penitus hoc meum ſcribendi genus intellexero, maiora poſthac tuo graviſſimo iudicio confirmatus aggredi non verebor. Sed haec hactenus: nunc ipſum Plutarchum loquentem accipe.

Io. Antonius Campanus in editione Romana typis Udalrici Han ſive Galli an. (1470.) f. affert hanc praefationem anepigrapham tamquam interpretis, quem falſo in indice dicit eſſe Guarinum Veronenſem, eamque innumeris mendis refertam; Ienſoniana vero impreſſio Veneta an. 1478. f. quamvis idem ſphalma committat, tamen praefationem omnem omittit.

Pergamus ad alias vitas.

Alamanni Rinuccini Praefatio in Agidis, & Cleomenis vitas ad Petrum Medicem.

LAcedemoniorum Regum Agidis & Cleomenis vitam haud antea, quod quidem extet, in latinum traductam non ſine cauſa noſſe te velle, praeſtantiſſime vir, intellexi. Sunt enim vel mo-

morum probitate, vel amplitudine rerum geſtarum digni, quorum facta ab optimo quoque celebrentur. Nam cum iuſtitia caeteriſque virtutibus optimo Rege dignis ornati fuerint, tum in iis rei militaris ea diſciplina, ea Reipublicae adminiſtrandae ſcientia cernitur, ea denique frugalitas, & in ſumma licentia rerum omnium modus, ut non ad hiſtoriae fidem narrati, ſed tamquam Xenophontis ille Cyrus ad optimi Regis effingendam imaginem excogitati videantur. Nemo itaque mirabitur te ſumma prudentia virum velut egregium artificem praeclaris operibus, ſic talium virorum ampliſſimis geſtis delectari. Quid enim praeclarius, quid hominis excellentiae magis conveniens negotioſus vir efficere poteſt, quam variarum actionum laboribus defeſſum animum legendi voluptate recreare, ad quod tu profecto non cohortandus, ſed tamquam imitationis exemplar proponendus eſſe videris; cum enim hominem, ut inquit Cicero, ad agendum & intelligendum natura procreaverit, quaſi quemdam mortalem Deum, hanc tu utramque vivendi rationem ſic es complexus, ut in utraque vehementer excellens egregium noſtrae civitatis decus habearis. Nam aſſiduo lectitandi ſtudio tantum profeciſti, ut inter doctiſſimos poſſis non immerito numerari, cum numquam tamen legendi ſtudio a rebus agendis abducaris. In agendo autem cum optimum praeſtantiſſimumque rerum agendarum genus delegeris, gubernandae atque inſtituendae Reipublicae, cui poſt Deum immortalem plurima maximaque debemus, ita verſaris, ut plurimum ſe tibi debere concives tui fateantur. Sic enim tua opera conſilioque civitatem diſponis, ut diuturnis bellis, tum inteſtinis diſcordiis agitata, nunc tandem priſtinum robur, ſplendoremque receptura videatur, & in antiquam affluentiam, quam ſaepiſſime a maioribus noſtris audio praedicari, reditura eſſe putetur. Nam externis bellis tuo illo praeclariſſimo foedere iam antea ſublatis, urbanis vero rebus nuperrime compoſitis, quid reſtat quod ſit a civibus tuis amplius expetendum? Etenim omni metu, ſuſpicioneque depoſita, homines variarum artium ſtudiis dediti, tranquillitate & otio perfruentur, teque huius quietis auctorem maiorem in modum admira-

mirabuntur, & diligent. Nihil eſt enim liberis civitatibus pace amabilius, nihil optatius, nihil acceptius, nihil denique quod maiorem illarum gubernatoribus ab omni populo gratiam, benevolentiamque conciliet. Ego igitur cum viderem animum tuum cognitione magnarum rerum, & ampliſſimorum hominum rebus geſtis plurimum delectari, libens atq. alacri animo hunc interpretandi laborem ſuſcepi, tum ut honeſtiſſimae voluntati tuae morem gererem, tum hominibus noſtris, qui graecas litteras non attigiſſent, rogatu tuo aliquid utilitatis afferrem; in quo plurimum graviſſimi iudicii tui me confirmavit auctoritas. Nam cum Niciae Athenienſis, Marcique Craſſi vitas ad te iam antea miſiſſem, quod illas abs te homine iudicandi peritiſſimo non contemni animadverteram, maiori audacia hoc ipſum aggredi non dubitavi, neminem iure, quod tibi probatum eſſet, improbare poſſe arbitratus.

Si quis igitur ex huiuſce lectione iucunditatis aliquid aut ob imitationis exemplar utilitatis quidpiam capiet, id omne tibi, qui me ad hoc impuliſti acceptum referet. Sin forte aut durius aliquod aut obſcurius dictum nonnullos offendet; non tam id arrogantiae meae, quam obſequendi tribuet cupiditati, quamquam eos facile auctoritate tua videor poſſe refellere. Itaque meum hoc qualecumque ſit tuo nomine ſuſceptum perfectumque munuſculum ſuſcipe, & maiora aliquando, ſi vita ſuppetet, a me expecta: quandoquidem hoc meum ſcribendi genus non aſpernaris, meque tibi deditiſſimum in amicorum numero ſuſcipe. Vale.

In utraque allata editione tam Romana quam Veneta, omiſſa Epiſtola dedicatoria, interpretatio adſcribitur Antonio Pacinio Tudertino, ſed perperam.

His quae hactenus produxi, addo ſequentem titulum.

Alamanni Rinuccini in Ageſilai Regis vitam ad Laurentium Medicem Petri Filium Praefatio.

EGiſti mecum ſaepius, optime Laurenti, ut Ageſilai Spartiatum Regis vitam a Plutarcho editam in latinum converterem:

rem: Nam quae de eo Rege apud nos circumfertur, non a Plutarcho, ſed a Xenophonte compoſitam fuiſſe ſatis conſtat; qui cum fuerit ei Regi non modo aequalis aetate, ſed vita etiam, & familiaritate ſumma coniunctus; copia vero & ubertate dicendi facundiſſimus; permulta tamen memoratu digna in eius vita ſcribenda praetermiſit. Cuius rei cauſam vel in primis hanc fuiſſe cenſeo quod non tam vitam quam laudationem, cuius loci a rebus gravioribus plerumque ducuntur, ſcribere ſe velle profitetur. Cum tamen alicuius vitam ac mores, non tam ſeriae graveſque res geſtae, ſed leviora etiam facta, verba quoque & ioci melius perſaepe ante legentium oculos ponant: haec vero ſingula Plutarchus vir omni ſcientiarum genere ornatus, antiquitatis autem diligentiſſimus inveſtigator ſic eſt proſecutus, nihil ut amplius in his quiſque deſideret. Ego igitur ut dum honeſtiſſimae cupiditati tuae morem gero, proſim etiam, ſi quid poſſum, hominibus noſtris, libenter hunc interpretandi laborem, ſi ſtudiorum labor eſt, potius quam voluptas, ſuſcepi. Nihil eſt enim quod magis cupiam, quam ſtudiis tuis, utcumque poſſim vel ſcribendo, vel hortando voluptatis aliquid, aut utilitatis afferre, cui me plurimum debere non inficior, ſi modo is eſſe velim, quem avi, patriſque tui clariſſimorum hominum in me meoſque merita eſſe voluerunt, quibus non alia magis ratione ſatisfacere ad praeſens poſſe videor, quam ſi te, in quo utriuſque cura, ſpeſque omnis iure optimo collocatur, ad ſtudia provocem litterarum, ad quae ſatis tua ſponte propenſum eſſe cum aſſiduitate, diligentiaque erga ipſa, tum ex eo quod me ad hoc munus peragendum excitaſti, facile poteſt iudicari. Nec tamen ut eis toto animo, atque omnibus viribus incumbas hortari deſinam, cum tibi ſit in omni genere laudis eo magis elaborandum, quo propter eorum, quos antea nominavi, gloriam ſplendoremque, maior quam pleriſque aliis propoſita eſt expectatio. Eſt enim maiorum gloria poſteris quaſi lumen, neque bona eorum, neque mala in occulto patitur; verum ita facile expectationi reſpondebis, ſi coeptam vivendi diſciplinam, & inſtitutum vitae curſum proſequeris, atque hoc omne temporis, quo per aetatem a

Rei-

Reipublicae muneribus, privatiſque rebus otium agere conceſſum eſt, ad ſtudia contuleris litterarum. Nam cum te natura ſummis animi, corporiſque muneribus ornarit, quae & ſenſus optimos, & ingenium tribuit praeſtantiſſimum; corpus inſuper tum ad pulcritudinem, tum ad omnia vitae munera obeunda peridoneum, fortuna vero adeo ſua affluentia ſit complexa, ut ultra ne optare quidem aliquid liceat; quid praeclarius, quid ingenuo homini convenientius, quid denique ſumma laude dignius agere potes, quam eam animi partem, ex qua merito homines nuncupantur, quaque Immortali Deo proxime accedimus, ita excolere, ut ſicut gloria, dignitateque inter aequales primus, ita hoc quoque laudis genere non inferior habearis? Sed cum longe lateque pateant ſtudia litterarum, tamen ad communem uſum vitae conſuetudinemque civilem permultum conferre hiſtoriam ſemper exiſtimavi, quae praeteritorum incorruptam memoriam ſervans, iampridem vita functos in hominum mentibus vivere facit, & bonos quidem nova ſemper gloria, laudeque exornans, ingenuos animos ad bene agendum eiuſdem gloriae cupiditate potiundae incendit, malos vero meritis contumeliis, probriſque lacerans ſanae mentis homines ob infamiae dedecoriſque metum ab omni flagitio, turpitudineque deterret, multarumque rerum cognitionem afferens, adoleſcentes etiam ipſos quodammodo prudentes efficit, tum clarorum hominum facta, conſilia, & rerum eventus nobis proponens, eorum nos auctoritate ad agendum certiores, & exemplorum claritate paratiores efficit. Quamquam tibi minime ſit in ea re laborandum, neque ex hiſtoriis clarorum hominum exempla repetenda, cum eos vivos habeas domi, qui non homini dumtaxat, ſed civitati, atque adeo gentibus cunctis, ad quas Florentini nominis fama pervenit, clariſſima de ſe praebeant ad imitandum exempla. In quo tibi profecto gloriari licet, ac primum inter fortunae munera, quae antea numeravimus collocare, quod tales viros intueri, eorumq. monitis, & auctoritate coram erudiri contigerit, quos vel tantum aliquando vidiſſe poſterior aetas gloriabitur; cum eorum in adminiſtranda Republica integritatem, ac prudentiam, in privatis autem

rebus

rebus diligentiam ſingularem ex litterarum monumentis recognoſcet. Ea namque & bello & pace geſſerunt, ut ampliſſimam ſuppeditent materiam dicendi, quam pleroſque ſane cenſeo, aut unum aliquem profecto iam ſibi propoſuiſſe ad ſcribendum certe ſcio. Sed me longius ab inſtituto virorum talium amor, pietaſque protraxit, cum nec tibi facis tua ſponte ad omnem virtutem probitatemque currenti cohortatione ſit opus, nec tantorum hominum laudes epiſtolae brevitate comprehendi poſſint. Tu igitur Plutarchi Ageſilaum tuo nomine ad latinos venientem, ut Regem praeclariſſimum, & omni virtutis genere inſignem laeto animo ſuſcipe, atque ut coepiſti omni cura, diligentiaque litterarum ſtudia complectere, ut is evadas, quem praeclara indoles pollicetur, quemque cives omnes, quibus es cariſſimus, & optant, & ſperant futurum. A me vero plura poſthac expecta, ſi te huiuſmodi munuſculis gaudere intellexero.

In Litera initiali, qua exorditur ſuperior Praefatio, inviſitur imago Alamanni, qui Librum ſuum porrigit legendum iuveni Laurentio.

In editione Romana Campani, loco vitae Ageſilai ex Plutarcho, extat encomium eiuſdem Ageſilai ex Xenophonte, & Antonii Tudertini eſſe dicitur, quamvis Epiſtola prodroma abſque titulo ſit Guarini Iunioris Veronenſis. In Veneta idem eſt error; at prorſus omittitur Epiſtola. Ceterum hoc in loco Campanus dupliciter lapſus eſt primum quod putarit libellum Xenophontis de laudibus Ageſilai eſſe opus Plutarchi, dein quod pro interprete Ageſilai encomii ex Xenophonte, venditarit Antonium Tudertinum quum revera ſit Guarinus Iunior, eoque minus haec duo peccata excuſari poſſunt, quod impreſſerit Epiſtolam nuncupatoriam cuidam Praeſuli qui patenter dignoſcitur eſſe Hermolaus Barbarus & cliens Guarinus, ac ex ea plane & ſine ambagibus enunciatur ab interprete eſſe opus Xenophontis. In Veneta impreſſione idem committitur ſphalma. At de praefatione ne verbum quidem.

Quanta in exiſtimatione foret Alamannus apud omnes oſtendunt Monumenta ſequentia, videlicet.

Vetus fuit noſtrae Reipublicae conſuetudo, ab antiquiſſimis uſque deducta temporibus, excellentes illos viros, qui glorioſe occubuerunt, in funere debitis laudibus proſequi, atque ad hoc explendum officium deligebantur homines pietate, doctrina, & eloquentia inſtructi, ut ſcilicet inflammarentur iuvenes ad eius ſequendas ſemitas, cuius laudes auſcultabant. E carceribus corporeis ad immortalem migrat vitam Matthaeus Palmerius an. 1475. Ad obſequia perſolvenda huic viro

tantopere de noſtra Republica merito deſtinatur Alamannus, qui elegantem habet Orationem Florentiae in aedibus Divi Petri, quae extat in Codicibus Strozzianis 310., & 546. in 4. ut ſequitur.

ALAMANNI RINUCCINI

ORATIO IN FUNERE MATTHAEI PALMERII

Habita die XV. Aprilis 1475.

SI totius civitatis communis luctus, ſi conſentiens bonorum omnium de alicuius virtutibus exiſtimatio, ſi pietas in Patriam, magnitudo animae, probitas, fides hominum quemquam a morte vendicare poſſet, viveret hodierna die profecto vir ſuis civibus merito cariſſimus, & multarum virtutum laudibus inſignis Matthaeus Palmerius, qui mortuus triſte ſui deſiderium nobis reliquit. Sed quoniam conditionis humanae ſortem effugere nemini datur, & naſcentibus cunctis moriendi etiam neceſſitas incumbit, optime cum his agi videtur, quibus aetatis & gloriae curſu perfunctis licuit e vita tamquam e theatro peracta fabula demigrare. Quod cum huic noſtro Matthaeo nuper contigerit, conſentaneum etiam videtur, ut tali filio orbata Reſpublica virtutes eius non lacrimis, ſed grata memoria proſequatur, & antiquam bene inſtitutarum civitatum conſuetudinem ſervans, meritam alumno ſuo laudationis mercedem perſolvat, atque ita moerorem amiſſi civis ſuarum virtutum recordatione conſoletur. Quapropter Gymnaſii litterarii Praefecti, quibus a ſummo civitatis Magiſtratu huius honeſtandi funeris cura mandata eſt, hoc triſte dicendi munus non meae ſolum, quae nulla eſt, ſed doctiſſimi cuiuſque, & eloquentiſſimi viri facundiae difficillimum mihi collegae ſuo impoſuerunt: quorum voluntati cum adverſari nequaquam poſſem, ac rurſus impoſiti oneris magnitudinem extimeſcerem, diu multumque quid mihi agendum eſſet meditatus, malui tandem, cum talibus viris paruerim, deſiderari vel in re ſuſcipienda prudentiam, vel in perficienda eloquentiam meam, quam, ſi id non fecerim, pervicaciam accuſari.

ſari. Et quamquam propter huius viri bene, laudabiliterque peractam vitam grandis materia dicendi ſeſe offerat; non minus cauſa eorum, quae dicenda eſſent, quam loci ac temporis rationem habendam arbitratus, ex multis pauca decerpens primum qualis in privatis negociis eius vita fuerit, tum in publicis actionibus qualem ſe praebuerit, ut potero, breviter percurram; cetera iudicio veſtro, cives ampliſſimi, apud quos hic vir cum ſumma laude verſatus eſt, examinanda relinquens.

Matthaeus igitur Palmerius honeſtis parentibus natus (quippe qui in Germanos quoſdam Principes originis ſuae primordia referat) ubi primum per aetatem licuit, ad bonarum artium ſtudia animum convertens eam degendae vitae rationem ſuſcepit, quae ſibi laudem Patriae decus & utilitatem afferre poſſet. Cum enim duplex felicitatis genus a Philoſophis propoſitum duplicem vivendi conditionem nobis oſtendat; & earum una in communibus vitae civilis actionibus verſetur, altera procul ab omni actione remota, altiſſimarum rerum adipiſcendae cognitioni dumtaxat intenta ſit; prudentiſſimus vir medium quemdam inter utramque viam modum ſequitur, magnam ſtatim ab initio futurae virtutis apud ſuos cives concitavit expectationem, quam ſubſecuta mox vita longe vicit, atque ſuperavit.

Primum enim cum patrimonium ſibi non amplum admodum a parentibus relictum eſſet; intelligeret autem quam multum ad vitam civilem cum dignitate peragendam divitiae conferrent, ſua diligentia & honeſtis artibus ita rem auxit familiarem, ut non modo ſumptibus neceſſariis abunde ſufficeret, ſed ad decus, ad gloriam, ad dignitatem augendam ſuppeditaret: quod in privatum uſum magnificae in urbe, & in agris extructiones, & rerum immortalis Dei cultui dicatarum amplitudo teſtatur, cum in reliqua vita frugalitatem & civilem modeſtiam ſectaretur. Nec tamen inter has rei familiaris curas, & agendarum rerum ſollicitudines coeptus iam litterarum amor ſtudiumque reſedit; ſed diligenti partitione tempora dimetiens, non ſolum ut legendo ſibi ſtudia litterarum voluptati, & ornatui eſſent, ſed etiam ſcribendo aliis pro-

 fice-

ficerent, elaboravit. Itaque primum Florentino idiomate de vita civili * quatuor libros ad Alexandrum Florentinum equitem ſcripſit, in quibus omnia publicae privataeque vitae laudabiliter degendae praecepta ex morali philoſophia deprompta complexus eſt: tum latine clariſſimi viri Nicolai Acciaioli ** vitam compoſuit, & Piſanum bellum omnium quae Florentinus populus geſſerit periculoſiſſimum, idemque victoriae magnitudine celeberrimum edidit ***. Scripſit praeterea de temporibus praeclarum librum Euſebium imitatus Caeſarienſem ****. Poſtremo etiam poeticam auſus tentare facultatem, hunc, quem ſuo pectori ſuperpoſitum cernitis, praegrandem librum ternario carmine compoſuit; quem propterea Vitae Civitatem ***** nuncupavit, quod animam terreni corporis vinculis liberatam varia multipliciaque loca peragrantem ad ſupernam tandem patriam, civitatemque perducit, ubi beata fruatur aevo ſempiterno. Cumque innumerabilia pene in hoc laudis genere dicenda ſuperſint, haec pauca pro temporis ratione, ut potui, breviſſime de illius privata vita dixiſſe ſufficiat. Nunc vero qualis in regenda Republica fuerit dicere cupientem, ſi pro magnitudine rerum

* Matthaeus hunc librum dicat Alexandro de Alexandris Iuriſconſulto Florentino, quarum prima editio Florentiae facta eſt apud Iuntas 1529. in 8.

** Vita Nicolai Acciaioli latine ſcripta edita fuit a Muratorio T. XIII. Script. Ital. Col. 1201. at verſio Italica Donati Acciaioli typis Florentinis in publicum prodiit an. 1588. in 4.

*** Opus de Bello Piſano inſcribitur Nereo Gini F. Caponio; in lucem exiit Sleſvici in regno Daniae per Levinum Nicolai an. 1656. in 8. Ac etiam poſtremo per Muratorium T. XI. Script. Ital. Col. 165.

**** Matthaeus Palmerius integrum opus de Temporibus conſcripſit Euſebium imitatus: at quod publicam lucem adſpexit, praetermiſſis aliis, incipit poſt an. Chriſti 447. ac deſinit an. 1449. iis verbis „ Mediolanenſes Laudem receperunt „.

***** Poema hoc, quod auctor ad imitationem Dantis compoſuit, & de quo non vacat in praeſentiarum uberius diſſerere, commentario fuit illuſtratum a Leonardo Datho, qui fuit Epiſcopus Maſſanus. Vide Zeno Diſſ. Voſſ. ubi permulta de Vita Palmerii reperies. De hoc Poemate extat apographum manu Matth. Palmerii emendatum in Bibl. Magl. Cod. 1006. Stroz. 635. f. nam in fine legitur „ Copiato di mia mano oggi queſto dì primo di Marzo 1465. di mano di me Nicholò di Franceſco Corſi di ſu quello di Macteo Palmieri, e decto Macteo mello correſſe poi „.

rerum orationem protraxerim, dies me potius quam dicendi materia deficiet. Itaque paucis contentus hoc ſummatim dixiſſe ſatis putabo, hunc civem in omni Reipublicae adminiſtratione talem ſe praebuiſſe, ut ſummam gravitatem egregia comitate permixtam omnibus in negociis adhibens, iocundus bonis, pravis autem formidabilis eſſet, cum nullis precibus, aut largitionibus a iuſtitiae curſu, & utilitate Reipublicae declinaret; ſummamque in agendo conſtantiam, fidem, prudentiam, integritatemque ſervaret: quo fiebat, ut cum Principibus Reipublicae cariſſimus eſſet, tum vehementer eumdem populus univerſus amaret & coleret, quod Magiſtratuum ab eo geſtorum dignitas multitudoque teſtatur. Nam per omnes honorum gradus evectus ad eum, qui in Civitate noſtra ſupremus habetur, iuſtitiae Vexilliferatum aſcendit, & eo quidem tempore, quo graviſſimo bello agitata Reſpublica auctoritate, conſilio plurimum indigebat. Praeterea ſaepius alias difficillimis Reipublicae temporibus in decemvirum numerum accitus conſilio prudentiaque plurimum Reipublicae profuit. Foris ad Summum Pontificem, ad Apuliae Regem, atque alios Italiae Principes de maximis rebus Legatus miſſus & auctoritatis & gratiae plurimum apud eoſdem conſecutus egregiam operam navavit Reipublicae. Et ne ſingula percurrens modum fortaſſis excedat oratio, brevibus omnia complectens aſſerere poſſum Florentinum populum ampliſſimos quoſque honores huic viro frequenter deferendo, hunc autem exhibitos cum ſumma laude, & dignitate Reipublicae gerendo, quaſi praeclarum quoddam inter ſe certamen decertaſſe; in quo pariter & vincere, & vinci honeſtiſſimum eſſet. Horum omnium locupletiſſimus teſtis eſt is, quem cernimus, clarorum hominum, & praeſtantiſſimorum civium conſeſſus ampliſſimus: teſtis totius populi ſumma frequentia: teſtis honeſtiſſimorum ordinum cum ſuis inſignibus magiſtratibuſque praeſentia: qui omnes (quando maius exhiberi mortuo nihil poteſt) extremum hoc honeſtandi funeris officium liberaliſſimum praeſtant. Felix igitur hac tanti populi benevolentia Matthaee ſalve; qui licet corporeis ſenſibus carens, maximum hodierna die laborum tuorum fructum conſecutus videris.

ris. Felix, cuius ſumma cum dignitate peracta vita finem ſit tam celebrem conſecuta, cuius memoriam nulla umquam delebit oblivio. Tuae igitur familiae ſplendor, litterarum decus, Reipublicae dilectiſſime fili, Matthaee Palmeri, poſtremum vale.

Praeterea quum Reſpublica Florentina an. 1477. vellet ad Ferdinandum Regem Neapolitanum mittere Oratores ut eius nomine de ſolemnibus nuptiis gratularentur, atque ad hoc exequendum duos ſpectatiſſimos viros delegiſſet Bongiannum Ianfiliactium, & Petrum Philippum Pandulphinum; Pandulphinus idem, cui demandata fuit coram Rege perorandi provincia, quod ſe in hoc genere dicendi parum exercitatum agnoſceret, Alamannum rogavit, ut eloquentem facundamque Orationem conſcriberet, quam plaudentibus omnibus recitavit. Ea vero eſt huiuſmodi. Ex Cod. MS. Magl. 1023. cl. VI.

O R A T I O

Ab Alamanno Rinuccino compoſita rogatu Petri Philippi Pandulphini cum Orator miſſus fuit Neapolim ad Ferdinandum Regem in ſolemnibus eius nuptiis cum Ioanna Io. II. Regis Arag. F.

SI quando licuit oratorum cuiquam de rebus grandioribus loquuturo ab auxilii divini imploratione exordium capere, quod in rebus etiam fictis Poetae facere conſueverunt, hoc nobis omnium conſenſu hodierna die conceſſum iri non dubitamus, qui coram potentiſſimo Rege ſumus verba facturi, quod tot audientibus ſapientiſſimis viris in hoc ampliſſimo, atque ornatiſſimo nuptiali coetu, quo nullum aut nubentium nobilitate, aut clariſſimorum hominum frequentia celebriorem, aut ornatiorem vidit aetas noſtra, ubi non tam dicendi materia, quam conſiſtendi modus quaerendus ſit. Igitur non Hymenaei, ſed Sancti Spiritus numine invocato, deinde ab humaniſſimo, & clementiſſimo Rege, quod nomen in terris poſt immortalem Deum habetur ſanctiſſimum, dicendi venia impetrata, brevia quaedam Florentinorum Praeſidum nomine, a quibus miſſi ſumus, mandata referre conabimur; quoniam clariſſimus & ornatiſſimus eques collega meus, cuius iuſſa abnuere nec volo, nec honeſte poſſum, hanc uni mihi dicendi neceſſi-

ceſſitatem impoſuit. Primum itaque Florentinorum Praeſidum & totius Populi nomine, quam merito debemus venerationem praefati, ſalutem tuae Maieſtati perpetuamque dicimus felicitatem, ipſum deinde Senatum, Magiſtratus, & noſtram urbem, agros, & omnia quae noſtri iuris ſunt, tuae Maieſtatis obſequiis paratiſſima offerimus, ac pollicemur, tuaeque fidei, & clementiae commendamus. Summa deinde vocis & animi contentione tibi, Sereniſſime Rex, gratulamur, novumque coniugium tuae Maieſtati in primis, novaeque Reginae tum Regno atque Imperio tuo, univerſae demum Italiae felix fauſtum, fortunatumque fore votis omnibus precamur & optamus. Facit autem & rerum abs te geſtarum magnitudo, & totius anteactae vitae ſplendor, & gloria, ut ſicuti bonis omnibus id optare precarique pium eſt, ita etiam ſit ſperare neceſſarium, quod ad ſumma fortunae bona induſtria, ſtudio, diligentia tantum adieciſti, ut in te laudando vix ea, quae dixi, locum habere videantur. Quod ſi vetuſtiſſimam Hiſpanienſis generis gloriam, ſi antiquiſſimam ſanguinis ſeriem, a quibus originem ducis, ſi eorum in omni genere laudis exempla enumerando percurrere voluerimus, tempus nobis priuſquam dicendi materia deerit. His itaque brevitatis cauſa omiſſis, ſi quis aetatis tuae primordia repetens, & ſingula tempora, tuas res geſtas commemorans cum primis ultima conferat, nullam vitae partem a bonis artibus alienam, nullum niſi ad virtutes capeſſendas ſtudium tuum extitiſſe comperiet. Nam cum prima vitae rudimenta ſub potentiſſimi, ſapientiſſimique Regis Parentis tui diſciplina peregiſſes, corpus ad militares labores, & animum ad virtutes futuro Rege dignas praeparaſti; unde robuſtiſſimum corpus nullis laboribus, nullis incommodis, non calore, non ſiti, non frigore, non inedia, non vigiliis domabile nactus, animum Religione, aequitate, iuſtitia, magnanimitate, caeteriſque regiis virtutibus ſic ornaſti, ut in te uno antiquorum regum laudes tam multis ſermonibus celebratas intueamur, in quo fortunae quamquam non optabilius te ipſo etiam teſte debere te aliquid arbitramur, quae te in utramque partem ſic exercuit, ut inſitas tibi virtutes clareſcere, & in lucem atque

homi-

hominum oculos prodire exegerit. Statim enim poſt clariſſimi Regis Alphonſi mortem Apuliae Regnum internis quorumdam Principum ſeditionibus agitatum, & ab externis potentiſſimorum hoſtium viribus oppreſſum, quid rei militaris peritia, & diſciplina, quid bello & armis poſſes te coegit oſtendere, ubi cum virtutes aliae humanitatis, conſilii, celeritatiſque conſpicuae fuerint, tum praecipue invicta quaedam animi fortitudo, magnitudoque enituit, quae multis adverſis proeliis agitata, multorum labefactata defectionibus, ut numquam victoribus ſuccumberes, numquam vires inſtaurare, nova auxilia quaerere deſineres, numquam de ſumma rerum deſperares, effecit. Multis itaque proeliis hoſtibus fugatis in eo quod univerſo bello finem impoſuit ſapientiſſimi Ducis, & militis fortiſſimi opera navata, etiam hoſtes in tui amorem admirationemque convertiſti, quibus tandem fuſis, fugatiſque ad pacis artes, & ſananda belli vulnera converſus, iuſtitia, liberalitate, manſuetudine, clementia, ſic omnis Regni partes brevi tempore compoſuiſti, nullum ut praeteriti belli veſtigium extaret, nemo praeterita damna meminiſſet, atque omnes ocio, paceque iucundiſſima fruerentur. Quam poſtmodum non ſolum Apuliae Regno, caeteriſque Dominationis tuae provinciis, ſed univerſae etiam Italiae tribuiſti; quot enim naſcentia bella auctoritate tua compreſſa meminimus, quot iam caepta & ferveſcentia conſilio tuo, prudentiaque extincta vidimus? ut merito Rex pacificus habendus, & cognominandus videaris; qua in re quaeſumus, glorioſiſſime Rex, felicitatem tuam tuis virtutibus partam meditare. Non enim verebimur libere loqui quid ſentimus. Fecit haec tuarum virtutum Italiae populis inſita opinio, ut id in te uno gratum omnibus eſſet, & acceptum, quod in pleriſq. aliis ſuſpicionis, terroriſque plenum eſſet. Idem autem potentiae, atque auctoritatis incrementum, omnes enim quos adeſſe cernis totius Italiae populorum Principes, Legative & verbis, & aſpectu teſtantur quam grata, quam cara, quam iocunda ſit omnibus haec virium dignitatis acceſſio ex tam fortunato claroque coniugio, quo Regem potentiſſimum Socerum, & uxoris fratrem fortiſſimorum populorum Regem, quamquam

quam antea cognatione propinquos, nova tamen affinitate tibi devinxiſti. Quantum enim vel gloriae, vel potentiae, vel dignitatis tuae acceſſerit Maieſtati, tantumdem ad commune pacis, ocii, tranquillitatis praeſidium univerſae Italiae acceſſiſſe omnes opinantur. Merito igitur aetatis noſtrae Regum omnium fortunatiſſimus haberi potes, qui Regnum amplitudine, amoenitate, fertilitateque praeſtantiſſimum nactus in eo ſic te conſtituiſti, ut non ſecus ac bonus Parens ab omnibus diligaris, qui praeſtantiſſimam ſobolem non filiorum modo, ſed nepotum poſtmodum per multa ſaecula regnaturam iam intueris, qui potentiſſimi Regis ſocer Reginam filiam fortiſſimis populis imperantem vides, qui adnuente Deo ex nova coniuge novos Reges ſis geniturus, ut merito in tui nominis honorem Virgilianus ille verſus paucis mutatis decantari poſſit: Ille enim: Diis genite (inquit) & geniture Deos; nos autem: Regibus genite & geniture Reges, veriſſime dixerimus, quando atavis Regibus genitus Reginam, Regeſque genuiſti, & geniturus puteris *. Verum ſuper haec omnia feliciſſimum te facit animus tuus iuſtitia, magnanimitate, modeſtia, omnique virtute praeditus. Is enim enumerata fortunae bona tibi etiam, ut bona ſint ſolus efficit qui ſuadet, ut inanibus cupiditatibus amputatis, ne ſemper ex futuro pendeas, & his quae adſunt iocunde placideque fruaris, & quod Epirotarum Regem Athenienſis quondam Cyneas monuit id per te ipſum agnoſcens, merito felix fortunatuſque dici & haberi potes. Ut autem Florentini Populi benivolentiam, devotionemque erga regiam Maieſtatem in hac nuptiali pompa non ſolum praeſentia noſtra & oratione teſtemur; attulimus novae Reginae munuſcula quaedam, ut putamus, non aſpernenda: ea quando tempus idoneum dabitur ad ipſam deferenda curabimus. Nonnulla ſunt praeterea, Sereniſſime Rex, quae tuae Maieſtati ſeorſim referre mandarunt Praeſides noſtri, quae, cum tuo commodo no-

R bis

* Ex primis nuptiis cum Iſabella Triſtani Clermontis F. ſuſcepit Alphonſum, qui in Regno ſucceſſit, & Fridericum, qui familiam duxit &c. Beatricem foeminam nuptam Mathiae Corvino Pannoniae Regi in primis nuptiis, in ſecundis vero Ladislao VI. Mathiae ſucceſſori.

bis licebit, enarrabimus. Nunc ne nuptiarum celebritati impedimento ſimus iam finem habeat Oratio noſtra.

Demum in generalibus Artium comitiis (Squittinium vocant) Patres, ut totum hoc opus, quod tunc temporis maximum cenſebatur, rite inciperet, & ordine procederet, Alamannum in ea Arte, cui adſcriptus erat, ut alloqueretur, ſapientiſſime decreverunt.

Proemio di Alamanno Rinuccini Aut. ex Bibl. Magl.

ESſendomi, generoſi Cavalieri, egregii Doctori, & prudentiſſimi Cittadini, da queſti Conſoli a me onorandi padri e maggiori Compagni, ſuto commeſſo di riferire alle ſpettabilità voſtre la cagione, per la quale oggi vi anno affaticati a venire in queſto luogo, mi è paruto per debito di ubidienza più preſto parlando eſſere tenuto poco eloquente, che reſiſtendo alle loro volontati eſſere giudicato oſtinato o protervo, & però con brevità riferirò alle voſtre prudenze quello che da loro mi è ſuto commeſſo, rifidandomi ſommamente nelle voſtre intelligentie, & nella loro emendatione in quello che prima ſi mancaſſi. Eſſendo venuto a loro notizia come per e' noſtri magnifici & excelſi Signori ſi era ordinato di fare generale riformazione & nuovo Squittino della voſtra città, parve loro coſa molto conveniente, ſecondo la conſuetudine di quelli, che in ſimili tempi ſi ſono ritrovati in queſto ſeggio, d'avere conſiglio & parere di quello, che circa lo Squittino di queſta voſtra Univerſità fuſſi da fare: & avendo con buono numero de voſtri ſavi & experti Cittadini di tale materia maturamente conſultato, furono ivi molto unitamente confortati a dovere ſeguitare l'ordine del Palagio, & a fare anche loro nuovo Squittino, eſſendo già molti anni paſſati che non ſi era fatto, nel quale tempo erano creſciuti molti giovani e' quali per la piccola età non erano potuti andare a partito; & però ſeguitando queſti miei maggiori la antica conſuetudine di queſta caſa anno tale opera commeſſa nelle mani delle Spettabilità voſtre, e' quali eglino conoſcono & per prudenza, & per ſingulare affectione verſo queſta Uni-

Univerſità dovere tale coſa conducere a boniſſimo fine, & che abbia a dare contentamento, pace, & unione a voſtri Cittadini; & però quanto più poſſono ſtrettamenre vi confortano, che laſciando indrieto ogni privato riſpetto & paſſione voi rendiate e voſtri giudicii con quella integrità & prudenzia, con la quale ſete uſitati giudicare l' altre coſe a voi commeſſe: il che faccendo, come certiſſimamente ſperano, ne riſulterà a loro piacere ſingulare, & a voi onore & fama perpetua.

Nemini igitur mirum eſſe poteſt, ſi tota civitas Alamanni interitum deflevit: at ille iure ſibi aptare potuiſſet Ennianum illud:

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit; cur? volito vivu' per ora virûm.

De morte autem Alamanni inferius.

Quamvis Alamannus conſuetudines amicorum conſtanter coleret, tamen libere quod ſentiebat loquebatur, praeſertim quoties Reſpublica in diſcrimen veniret: ei enim ſalus populi ſuprema lex erat. Huiuſce rei ſpecimen aliquod dare poſſum, ſi exſcripſero ex toties laudato Prioriſta Rinucciniano id quod ad an. 1480. eidem animadvertere placuit.

Balìa del 1480.

QUeſti Signori a dì 8. d' Aprile ſenza ſuono di Campane e altra dimoſtrazione feciono ſi può dire un parlamento, conciosiacoſache creaſſino una Balìa, ovvero Conſiglio maggiore in queſto modo, che detto dì ragunarono il Conſiglio del Cento, e propoſono e vinſono una provviſione in queſta forma, e quella medeſima petizione poi a dì 9. e 10. vinſono nei Conſigli del popolo, e Comune, lo effetto della quale fu queſto, che i Signori ſoli per le 6. fave aveſſino autorità di eleggere trenta Cittadini, i quali aveſſino autorità di eleggere uno numero di altri Cittadini dugento dieci, i quali inſieme con i ſopraddetti 30., e Signori e Collegi che allora erano in ufficio s' intendeſſino eſſere uno Conſiglio ovvero Balìa, la quale duraſſi per tutto il meſe di Giugno proſſimo avvenire, e aveſſi tutta l' autorità, che aveano i Conſigli del popolo del Comune, e del Cento, e oltre a queſto po-

 teſſi-

teſſino dare qualunque autorità, e Balìa a minor numero di Cittadini, come a loro pareſſi, e che poi i ſopradetti uomini 30. del meſe di Novembre proſſimo avvenire doveſſino inſieme con i Signori, che al tempo fuſſino, eleggere altri 48. Cittadini, e così tutti inſieme con quelli nominati di ſopra aveſſino a fare lo Squittino delli Uffici drento e di fuori donde s'inteſe, o ſi potè intendere eſſer levata ogni libertà al popolo, e in tutto eſſer ridotto in ſervitute de ſopradetti 30. come ſi legge eſſer gia avvenuto a Atene, di che ſeguì la rovina di quella cittade e la perdita della libertade, e queſto parlo per il vero, benchè io fuſſi creato uno del numero di quelli della Balìa Alamanno Rinuccini.

Nuova forma di Reggimento.

A dì 19. d'Aprile per il Conſiglio della Balìa ſi vinſe, che i Signori inſieme con quelli 30. Deputati come di ſopra eleggeſſino altri quaranta de veduti Gonfalonieri di Giuſtizia, e che di queſto numero di 70. la mezza parte, cioè 35. fuſſino in luogo d'accoppiatori a imborſare i Priori, e Gonfalonieri di Giuſtizia nel modo che a loro pareſſi, e che di detto numero de 70. ſi eleggeſſino 8. i quali aveſſino a vegliare le coſe della guerra, e pratiche di fuori, e poteſſino ſoldare gente a piede, e a cavallo, e mandare Commiſſari, e Sindachi con ogni autorità e balìa, e determinare ciò che apparteneſſi a pace, o guerra, e più ſi eleggeſſi da detti 70. e del numero loro medeſimo 16. uomini i quali aveſſino a praticare e intendere le coſe della città drento come el Monte, la Camera, provvedimenti di navigare, e altre ſimili coſe, e che le deliberazioni o pareri, che ſi approvaſſino per tali 8. o per tali 12. ſi aveſſino a vincere, e deliberare per detto numero de' 70. e quello fuſſi approvato per loro, ſi aveſſi poi a proporre a Conſigli, e per quelli deliberarſi, ne ſi poteſſi alcuna provviſione proporre ne Conſigli, ſe prima non fuſſi deliberata e vinta per detti 70. e che da ora innanzi tutti i veduti Gonfalonieri di Giuſtizia aveſſino a intervenire a fare la elezione del Conſiglio del

Cen-

Cento, e così contiene molte altre parti diſoneſtiſſime, e tutte contro a ogni buono vivere, e contro la libertà del popolo, la quale in tutto mi parve detto dì ſotterrata, e in tutto perduta.

AD probandum, pietatis & religionis opera Alamannum noctu etiam exercuiſſe, ſatis erit ſpeciminis loco hic adnectere Sermonem illum, quem an. 1470. habuit in Societate Magorum Fer. V. in Coena Domini, ex Bibl. Magl. Cod. MS. 208. cl. 35. erutum, in quo orthographiam & interpunctionem nonnihil immutare placuit, ne nimis quam par eſſet, ab hodierna, utraque abhorreret. En igitur.

X.

Alamanni Rinuccini Sermo habitus in Coena Domini anno 1470. *die decima nona Aprilis feliciter.*

BEnchè il noſtro Maeſtro e Redemptore Criſto Gesù per tutto il tempo della ſua vita ſi affaticaſſe e con precepto di doctrina e con exempli di buone operationi ammaeſtrare i Diſcepoli ſuoi alla via della verità e di lor ſalute e ſimilmente tutti quelli che volevano aſcoltare i ſuoi Sermoni, nondimeno appreſſandoſi il tempo nel quale egli doveva conſumare il grande miſterio della Redemptione umana per la quale dal Padre Eterno era ſuto mandato nel Mondo, più chiaramente manifeſtò i ſegreti della ſua ſapientia, più evidentemente per operationi moſtrò la ſua infinita potentia e virtute, della qual coſa aſſegnando la cagione il Dottor Gio. Griſoſtomo ſopra lo Evangelio di Sancto Giovanni dice: *Maiora poſterius reſervavit ut Diſcipulorum familiaritatem augeret & multam illis tribueret conſolationem in rebus gravibus ſuſcipiendis.* Il Figliuolo di Dio ec. Per queſta cagione non molto innanzi a queſto tempo manifeſtò a' XII. Apoſtoli il miſtero della futura Paſſione e Reſurrectione ſua quando diſſe: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſumabuntur omnia quae ſcripta ſunt de Filio Hominis: tradetur enim gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum*

& ter-

& tertia die reſurget a mortuis *. Ecco figliuoli mia che noi ſagliamo in Geruſalem, il Figliuolo dell'uomo ſarà tradito e dato alle genti per eſſere ſchernito bactuto e crocifixo, il terzo dì riſumerà da morte. In queſto tempo alla donna Sammaritana apertamente ſi manifeſta eſſer quel vero Criſto, quello vero Meſſia che già tanto tempo per la bocca de' Propheti era ſuto promeſſo al Popol d' Iſdrael, e diſſegli: *Ego ſum qui loquor tecum* **. Io ſono quello deſſo io ſono quello che parlo teco, il che prima nè a' Diſcepoli mandati da Giovanni Batiſta, nè a' Fariſei aveva voluto manifeſtare. Circa a queſto tempo rivelò a alquanti de' ſuoi la beatitudine della ſua Divinità, e fu quando *Aſſumpſit Petrum Iacobum & Iohannem fratrem eius & duxit illos in montem excelſum ſeorſum & transfiguratus eſt ante eos* ***. Fece ancora in queſto tempo lo ſtupendo miracolo della morte di Lazaro, che già quattro dì era ſtato ſepolto nel monumento. Ma fra tutte le degne e mirabili opere ſue furono quelle di che oggi fa rappreſentatione la Santa Chieſa, e che egli operò nella Cena che ultimamente fece co' Diſcepoli ſuoi, per la cui memoria celebrare, dilectiſſimi fratelli, ſtaſera ſiete congregati in queſto ſancto e divoto luogo, la quale ſera è quella di che tanto tempo innanzi parlò il Propheta David dicendo: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum* ****. Il Figliuolo di Dio ha fatto memoria delle ſue maravaglioſe coſe: la qual ſententia conferma Griſoſtomo ſcrivendo ſopra l' Evangelio di Matteo e dice che come Moisè avendo comandato al popolo ſuo che doveſſe mangiare l' agnello paſquale e dato loro i riti e cerimonie che in quello dovevano obſervare diſſe loro: *hoc erit vobis memoriale aeternum* *****. Così il Figliuolo di Dio avendo inſtituito il venerabile Sacramento del ſuo Sanctiſſimo Corpo e pretioſiſſimo Sangue diſſe a' Diſcepoli: *hoc facite in meam commemorationem* ******. Bene adunque poſſiamo affermare che queſta è quella ſera nella quale il Figliuolo di Dio ha fatto memoria delle ſue maraviglioſe coſe, delle quali avendo a par-

* Math. 20. v. 18. 19.
** Io. 4. v. 26.
*** Math. 17. v. 1.
**** Pſ. 110. v. 4.
***** Exod. 3. v. 15.
****** Luc. 22. v. 19.

parlare, benchè inſufficiente mi trovi a sì grave peſo portare, e trattare sì alta materia, nondimeno per adempier la ſanta obbedientia pregherò la ſua infinita benignità che mi conceda gratia di dire qualche coſa che ſia onore del ſuo ſanto nome e conſolatione di voi amatiſſimi fratelli. E benchè ampliſſima e copioſiſſima ſia la preſente materia; pure per non eſſer troppo nel mio dire prolixo, mi pare non partendoſi dal ſacro teſto della Epiſtola ed Evangelio odierno che due ſingolari operationi e degne d'eterna memoria dobbiamo queſta ſera conſiderare nel noſtro Signore e Maeſtro Criſto Gesù: la prima è di ſancta e profonda umiltà, la ſeconda di ſmiſurata e fervente carità. E volendo dire qualche coſa della prima ſeguitando in queſta la doctrina philoſophica, dobbiamo ſecondo la ſua definitione vedere che coſa ſia umiltà, dipoi quanto ella ſia piaciuta ſempre all' Altiſſimo Iddio e come e quanto da Criſto Gesù ſia ſuta exercitata. Dicono adunque i Sacri Doctori Theologi e ſpetialmente Sancto Tommaſo d'Aquino nella ſua Secunda Secundae, che umiltà è una virtù che raffrena l'appetito noſtro che non ſi levi in alto più che ci detti la rettitudine e miſura della ragione; la quale definitione aggiugnendo con i detti di molti altri Doctori che lungo ſarebbe a enumerare, poſſiamo dire che umiltà è uno abbaſſamento, una depreſſione della propria noſtra volontà e appetito per lo amore di Dio e ubbidientia de' ſuoi ſancti comandamenti. Queſto, ſecondo la doctrina del predecto allegato Dottore Sancto Tommaſo, in più gradi ſi trova eſſere diſtincta, de' quali il primo conſiſte in ſopportare patientemente e dichinarſi a coloro che per qualche dignità o excellentia ci ſono ſuperiori, e non ſopraffare coloro che ci ſono eguali, e queſta è chiamata ſufficiente della quale inteſe Pagolo Apoſtolo quando diſſe: *ſervi ſubditi eſtote dominis veſtris, non ſolum bonis & modeſtis ſed etiam dyſcolis* *. Servi ſtate ſubditi e ſottopoſti a' voſtri ſignori non ſolo a quelli che ſono buoni ma eziamdio a quelli che ſono moroſi e difficili a ſopportare. Il ſecondo grado di queſta virtù con-

* Pet. 2. v. 18.

conſiſte in ſottometterci a quelli che ci ſono eguali e non ſi preporre nè preferire a quelli che ci ſono inferiori, e queſta umiltà è chiamata abundante: di queſta inteſe Paulo Apoſtolo quando diſſe: *honore invicem praevenientes* *. Sforzatevi di prevenire e anteporre l'un l'altro in onorarvi inſieme. Il terzo e più perfetto grado di queſta virtù chiamato ſuperabundante conſiſte in dichinarſi e ſottometterſi per lo amor di Dio a coloro che a noi ſono ſubditi e inferiori, queſta umiltà inteſe Paolo Apoſtolo quando parlando di Gesù Criſto diſſe: *humiliavit ſemetipſum factus obediens uſque ad mortem* **. Egli è umiliato e fatto obbediente al Padre inſino alla morte, onde chiaramente veggiamo che queſto ultimo grado d'umiltà come più degno e più excellente ſi trovò eſſere in Criſto perchè niuno di quelli con chi ebbe a converſare fu a lui ſuperiore o eguale ma tutti ſubditi e inferiori per natura. Queſta virtù quanto ſempre ſia ſtata accepta allo Altiſſimo, in molti e molti luoghi ne dimoſtra la Scriptura ſacra sì nel nuovo come nel vecchio Teſtamento, fra' quali ſia primo quello che dice il Propheta David che volendo dare una ſingulare laude a Dio dice: *Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat & humilia reſpicit in Coelo & in Terra?* *** Chi è ſimile al noſtro Signore Iddio il quale abita in alto cioè nel Cielo empireo e di quindi nondimeno ragguardando per provvidenza e beneficenza le coſe umili e baſſe? e di queſto ſoggiunge la probatione ſollevando da terra il povero e d'infima baſſezza l'uomo mendico per collocarlo co' Principi del popolo ſuo; queſta virtù placò l'ira di Dio conceputa contro a David quando diſſe: *vidiſti David ſervum meum humiliatum*. Queſta prolungò la vita a Ezechia e differì la diſtructione di Ninive: *Quia in cinere & cilicio humiliaverunt animam ſuam*. Queſta medeſima quanto piaceſſe al noſtro Signore Gesù ci dimoſtra tutto il proceſſo della ſua vita nella quale egli cotale virtù e con precepti e con exempli inſegnò a' Diſcepoli ſuoi: di tali precepti ſono pieni i teſti de' ſacri Evangelii e tutte le Scripture del nuo-

vo

* Rom. 12. v. 10. ** Philip. 2. v. 8. *** Pſal. 112. v. 5.

vo Teſtamento, onde nello Evangelio di Sancto Luca dice: *Reges gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos, vos autem non ſic &c.* * E ſe i Signori delle genti cioè del popolo gentile i quali non anno cognitioni della vera doctrina e via di vivere, ſignoreggiano i ſubditi loro, e quelli che ſono maggiori ſopra i minori exercitano la loro podeſtà: ma voi figliuoli miei non voglio che facciate così, anzi chi tra voi vuol eſſere maggiore ſi faccia ſervo e miniſtro degli altri, ſecondo che ha fatto il Figliuolo dell' uomo quale è diſceſo di Cielo in Terra non per eſſer ſervito ma per ſervire altri; e in altro luogo dice: *Vos autem nolite vocari magiſtri, unus enim eſt Dominus & Magiſter veſter* **: e in più luoghi dello Evangelio induce loro a memoria queſta ſententia: *Qui ſe exaltat humiliabitur & qui ſe humiliat exaltabitur* ***; e in altro luogo exortandogli a queſta medeſima virtù dice: *diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris* ****. Imparate da me che ſono manſueto ed umile di cuore, cioè volontariamente, e troverete ripoſo all' anime voſtre. Queſta umiltà il noſtro Salvatore non ſolo per doctrina ma per exemplo d' opere inſegnò a' ſuoi Diſcepoli, perchè ſecondo Sancto Agoſtino, *omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio*, ogni atto, ogni operatione di Criſto è noſtra inſtructione e noſtro ammaeſtramento, e in altro luogo dice: *parum erat hortari Martyres verbo, niſi etiam firmaret exemplo*. Poco pareva al noſtro Signore Gesù confortare i ſuoi Martiri e Diſcepoli con parole, ſe ancora collo exemplo delle operationi a quello medeſimo non gli confermaſſe, e però dal principio della ſua Incarnatione ſecondo che ſcrive Sancto Luca nel ſuo Evangelio *reſpexit humilitatem ancillae ſuae* *****, riguardò la umiltà della ſua ſerva: il quale paſſo exponendo i ſacri Dottori dicono che benchè nella glorioſa Vergine Maria fuſſe ſomma nobiltà di ſangue che era nata della ſtirpe regia di David, fuſſe ſomma ſapientia e cognitione delle ſacre Scripture de'

* Luc. 22. v. 25.
** Matth. 23. v. 8.
*** Luc. 14. v. 11.
**** Matth. 11. v. 29.
***** Luc. 1. v. 48.

Propheti, fuſſe integerrima pudicizia e caſtità di mente e di corpo, fuſſino tutte le virtù e doni di gratia ſuperabbundantemente da Dio conceduti; nondimeno nulla coſa in lei tanto piacque a Dio quanto la ſancta umiltà che in lei conobbe, ſecondo che ella medeſima di ſe ſteſſa parlando rende teſtimonianza, dove dice: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* *. Queſta medeſima umiltà ſerbò Gesù nella natività ſua volendo naſcere fra il bue e l'aſino, ſecondo che per Abacuc era ſuto prophetato: *In medio duorum animalium cognoſceris* **. Tu ſarai Figliuolo di Dio cognoſciuto in mezzo di dua animali. E così dilectiſſimi fratelli diſcorrendo per tutti gli atti ed operationi della vita ſua in ogni luogo troveremo chiari e maraviglioſi exempli di vera umiltà. Ma per-

* Luc. 1. v. 48.

** Habacuc 3. v. 2. ſecundum ſeptuaginta interpretes, quum ibi legatur ἐν μέσῳ δύο ζώων γνωσθήσῃ ſic S. Hier. iuxta 70. in medio duorum animalium cognoſceris, ſic in Officio Romano feriae VI. in Paraſceve ad Miſſam, in tractu primae Prophetiae „ In medio duorum animalium innoteſceris: dum appropinquarint anni cognoſceris „: ſic quoque in Breviario Romano in Octav. Nativit. Domini Lect. VI. in Reſponſ. „ Domine audivi auditum tuum & timui, conſideravi opera tua & expavi, in medio duorum animalium iacebat in praeſepio, & fulgebat in coelo „. Alii vero libri habent ζωῶν atque ita legit Euſebius L. VI. Demonſt. Evangel. & ſic declarat πληθυντικῶς καὶ περισπομένως τῶν ζωῶν ἀπὸ ἑνικοῦ τοῦ τῆς ζωῆς ὀνόματος ἐξακουομένων plurali numero & circumflexo accentu τῶν ζωῶν (vitarum) a ſingulari voce τῆς ζωῆς (vitae) derivationem trahentium. Theodor. τοῦτο ὑπὸ τίνων διαφόρως νενόηται. Οἱ μὲν γὰρ δύο ζῶα νενοήκασιν ἀγγέλους καὶ ἀνθρώπους: οἱ δὲ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων τὰ τῇ θείᾳ φύσει πελάζοντα Χερουβὶμ καὶ τὰ Σεραφίμ. Ἄλλοι δέ Ἰουδαίους καὶ Βαβυλωνίους. Ἐμοί δε δοκεῖ μὴ ζῶα ἀλλὰ ζωὰς εἰρηκέναι τὸν προφήτην τήν τε παροῦσαν, καὶ μέλλουσαν, ὧν μέσος ὁ δίκαιος κριτὴς ἀναφαίνεται. Hoc diverſimode a diverſis intelligitur: alii enim duo animalia intelligunt Angelos & Homines: ſunt autem & qui incorporeas Poteſtates Divinae Naturae proximiores Cherubim & Seraphim comprehendunt: alii vero Iudaeos & Babylonios. Mihi vero videtur non animalia ſed vitas dixiſſe Prophetam, quarum tum praeſentis ſcilicet tum futurae (vitae) medius inter eas iuſtus iudex conſpicitur. Orig. L. I. De principiis C. III. utramque lectionem ponit & ζώων & ζωῶν. Ait enim in medio vel duorum animalium vel duarum vitarum cognoſceris &c. ita cum accentus in graeco non eſſet, interpres ambiguitatem vocis ſignificavit: niſi forte ipſe Origenes edidit varietatem hanc. Vid. Scholia & variantes lectiones.

perchè ſecondo la preallegata ſententia di Griſoſtomo egli ha riſervato da ſezo le coſe maggiori; però più maraviglioſamente dimoſtrò queſta ſancta umiltà nella Cena, la cui memoria queſta ſera la Sancta Chieſa ci rappreſenta colla lectione del Sancto Evangelio di Giovanni al terzo decimo capitolo dicendo: *Ante diem feſtum Paſchae &c.*: la ſera che era innanzi alla feſtività della Paſqua ſapendo Gesù che gli era venuta l' ora che doveva paſſare da queſto mondo al Padre ſuo Eterno, la quale paſſata, ſecondo Sancto Agoſtino in luogo ebraico è riportata per queſto nome Paſqua, avendo amato i Diſcepoli che erano ſeco nel Mondo, infino alla fine gli amò, cioè ſecondo Griſoſtomo, niuno ſegno, niuno officio d' amore e di benivolentia laſciò che verſo di loro non dimoſtraſſe: dipoi ſoggiugne il Vangeliſta: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus &c.* Sapendo ancora che il Padre Eterno gli aveva dato ogni coſa nelle mani cioè nella ſua podeſtà, dove dicendo ogni coſa s' intende che aveva podeſtà ſopra alla morte e ſopra a colui che lo tradiva, e ſapendo che da Dio era uſcito e a Dio ritornava ſi levò da cena. Queſto paſſo exponendo Sancto Auguſtino dice che avendo il Vangeliſta a parlar della ſomma umiltà di Criſto prima volle far mentione della ſua ſublimità e celſitudine, acciocchè s' intenda eſſer vero il detto d' Iſaia Propheta: *Oblatus eſt quia ipſe voluit* *. Egli è ſuto offerto perchè egli ha voluto e non coſtretto da violentia o neceſſità alcuna: dipoi ſeguita la lettera dello Evangelio e dice che Gesù depoſe i veſtimenti ſuoi e tolſe un lenzuolo e ſi precinſe ſecondo che aveva prophetato David: *Induit Dominus fortitudinem & praecinxit ſe* **. E fatto queſto miſe l' acqua nel bacino e cominciò a lavare i piedi de' ſuoi Diſcepoli, la quale narratione ſi particolarmente facta ci dimoſtrò che Gesù Criſto, *ad imitandum humilitatis exemplar*, volle tutti i miniſteri quantunque vili e minimi lui medeſimo ſenza aiuto d' altri exercitare fino a lavare i piedi de' ſuoi Diſcepoli. O umiltà profonda, o ſmiſurata clementia, o manſuetudine fino a quel-

S 2 l' ora

* Iſ. 53. v. 7.

** Pſalm. 92. v. 1.

l' ora inaudita! e qual cuore è sì duro sì crudo sì inflexibile che non ſi debba umiliare e dichinare veggendo colui: *Qui ſedet ſuper Cherubim & intuetur Abyſſos, qui eſt ſplendor gloriae & figura ſubſtantiae eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuae, cuius manuum opera ſunt coeli, verbo Domini coeli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum;* colui *per quem maieſtatem tuam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates*, vedere dico colui in cui ſono tante excellentie eſſer di tanta ſublimità diſceſo in tanta baſſezza e di Dio diventato uomo ſtar ginocchioni innanzi a' ſuoi Diſcepoli e lavare i piedi de' ſervi ſuoi, etiam di colui che lo doveva tradire. Queſto conſiderando Giovanni Griſoſtomo ſopra queſto paſſo dice: *Proditoris pedes Dominus lavit ſacrilegi & furis & ſub proditionis tempus cum ſe incurabiliter affectum videret, in menſa ſocium habuit, & tu ſuperbia inflaris elato ſupercilio; igitur alter alterius pedes lavemus etiam ſervorum*. Dice Griſoſtomo: il noſtro Signore lavò i piedi del traditore ladro e ſacrilego Giuda e ſotto il tempo del tradimento, benchè conoſceſſe il ſuo vitio eſſere incurabile, nella menſa l' ebbe per compagno; e tu uomo ardiſci di gonfiare per ſuperbia e andare colla fronte e teſta elevata: dobbiamo adunque e noi lavare i piedi l' un dell' altro, etiamdio de' ſervi noſtri. Queſto medeſimo ci ammaeſtrano le parole di Gesù nel preallegato luogo del Vangelo, dove egli dice: *Si ergo ego lavi pedes veſtros, Dominus, & Magiſter veſter: & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis* *. Se io che ſono voſtro Maeſtro e Signore ho lavati i piedi voſtri, e voi dovete lavare i piedi l' un dell' altro, perchè io v' ho dato lo exemplo che ſecondo che ho fatto io voi anche facciate.

Avendo adunque dilectiſſimi fratelli veduto della virtù della ſancta umiltà reſta ſecondo il noſtro propoſito ordine qualche coſa brievemente conſiderare dell' altra virtù la quale ſingolarmente in queſta ſera dimoſtrò Criſto Gesù verſo di noi, cioè della fervente e ſmiſurata carità ſua, la quale ſecondo che importa il vocabo-

* Ioan. 13. v. 14. 15.

cabolo ſuo che dalla lingua Greca piglia la origine ſi può dire che ſia un amore gratuito, cioè procedente non da ſperanza di premio o utilità alcuna, ma ſolo da buona volontà di colui il quale ama. Queſta ſecondo che ſcrive ſancto Agoſtino nel libro della Doctrina Criſtiana e nel libro intitolato *de moribus Eccleſiae*, è un affetto e movimento d' animo il quale induce a ſervire ed amare Iddio per ſe, e il proximo per Iddio. Queſto medeſimo conferma Sancto Ieronimo e Sancto Tomaſo d' Aquino nella ſeconda Secundae che tutti concorrono in queſta ſententia, che carità è una virtù per la quale ſi ama Iddio e il proximo. Di quanta excellentia e perfectione ſia queſta virtù per molte ragioni provano e dimoſtrano i ſacri Dottori e maxime Sancto Ambroſio il quale dice che ella è forma di tutte l'altre virtù in tal modo che come la forma è quella parte che dà l' eſſere alla coſa di che è forma, e quella conſerva nell' eſſere ſuo, ſecondo che noi diciamo l' anima eſſer forma del corpo animato, così queſta virtù della carità dà l' eſſere a tutte le altre virtù e quelle conſerva, perocchè qualunque virtù ſi ſia, ſe è privata di carità, nè è meritoria a chi ſecondo eſſa adopera, nè veramente ſi può chiamare tale virtù. Queſto è quello che inteſe l' Apoſtolo Paolo nella Epiſtola a' Corinti quando diſſe: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut aes ſonans aut cymbalum tinniens* *. Se io favellaſſi colle lingue degli uomini e degli Angeli e io non abbia in me carità io ſono ſimile a un vaſo di rame vuoto o a un cembalo riſonante. E per lungo proceſſo enumerando tutte le virtù che dagli uomini ſi poſſono acquiſtare, e tutti i doni e gratie che da Dio ſi poſſono ricevere conchiude, che ſe elle non ſono congiunte colla carità tutte eſſere di niuno pregio e nulla giovare a chi le poſſiede, e però delle laude di tal virtù parlando dice: *Charitas patiens eſt, benigna eſt; charitas non aemulatur, non agit perperam, non inflatur &c.*; la carità è benigna è patiente, non arde per invidia, non gonfia per ſuperbia, non fa male a perſona, e finalmente

* 1. ad Cor. 13. v. 1.

nalmente enumerando l' altre due virtù teologiche dice: *Nunc autem manent tria haec fides, ſpes, charitas: maior autem horum eſt charitas*; cioè in queſta preſente vita ſi ritruovano eſſere queſte tre virtù fede ſperanza e carità, ma maggiore di tutte è la carità. Dinotaſi ancora la excellentia di queſta virtù per lo eſſer tanto a Dio conforme che egli per eſſentia è chiamato carità, ſecondo che ſcrive l' Apoſtolo Sancto Giovanni nella ſua Canonica: *Deus charitas eſt: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo &c.* *; e dove nella eterna beatitudine le ſoprannominate due virtù fede e ſperanza mancheranno, perchè continuamente cognoſceremo e per ferma ſcientia intenderemo tutto quello che quì crediamo per Fede, e poſſederemo per fruitione tutto quello bene che ora per ſperanza aſpectiamo, ſicchè nell' una e nell' altra virtù più non ſia di biſogno, la carità, ſecondo che dice Sancto Paulo *numquam excidet* mai mancherà, ma ci accompagnerà continuamente perchè in eſſa, ſecondo l' opinione d' alquanti Theologi conſiſte ſomma felicità e beatitudine noſtra. Innumerabili altre excellentie e perfectioni di queſta virtù per fuggire la lunghezza di parlare laſciando a drieto ci reſta con brieve diſcorſo vedere, come, e quanto ella ſia ſtata nel noſtro Signore Iddio verſo l' umana generatione che veramente ſi dimoſtra eſſer ſuta molto grande, come ſcrive Giovanni Evangeliſta: *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret pro mundo; ut omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam eternam* **: in tal modo e sì grandemente Iddio ha amato il Mondo che egli ha dato il ſuo Figliuolo Unigenito per il Mondo acciocchè chi crede in lui non periſca ma abbia vita eterna, e in altro luogo dice: *Deus proprio Filio non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum* ***. Iddio non riſparmiò al ſuo proprio Figliuolo ma fu contento darlo per ricuperare tutti noi, al qual detto corriſpondono le parole del Propheta: *Fortis eſt ut mors dilectio tua*. Signore Iddio l' amor tuo è forte come la morte. Queſto conſiderando il Dottore Sancto Gregorio dice: *O inextimabilis dile-*

* 1. Io. 4. v. 16. ** Io. 3. v. 16. *** Rom. 8. v. 32.

dilectio charitatis, ut ſervum redimeres, Filium tradidiſti: o ineſtimabile amore di carità tua, o Dio Eterno, il quale per ricomprare il tuo ſervo deſti il proprio Figliuolo, queſto Figliuolo ſeguitando i precepti paterni, cioè la ſua propria volontà medeſima ec. *Ego & Pater unum ſumus, & ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio* *: a niuna altra coſa più ci exorta, null'altro più ſpeſſo ci ricorda, nulla più ſtrectamente ci comanda che amore, carità e dilectione, e però nel parlar che egli fece in queſta ultima Cena co' ſuoi Diſcepoli in molti e molti luoghi, anzi per tutti quegli Sermoni ſempre lor comanda che ſi amino inſieme: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem ſicut ego dilexi vos: in hoc cognoſcent omnes quia mei Diſcipuli ſitis* **. Figliuoli miei io vi do una nuova legge commiſſione e precepto che voi vi amiate inſieme, così come io ho amato voi, perchè in queſto cognoſcerà ognuno che voi ſiete miei Diſcepoli, e in altro luogo dimoſtra loro in che modo lui gli aveva amati e dice: *Maiorem dilectionem nemo habet quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis; & ego animam meam pono pro ovibus meis* ***. Niuno maggiore amore, nè maggior dilectione può moſtrare che porre l'anima, cioè la vita ſua per gli amici ſuoi, e io pongo la vita mia per le mie pecorelle e per gli amici miei, il che quanto largamente, quanto benignamente, quanto volentieri faceſſe non appartiene al preſente conſiderare, perchè colla ſua gratia nel futuro giorno di domane lo intenderete. Ma fra tutti i ſegni di gran carità e fervente amore, i quali furono quaſi infiniti, niuno ſe ne trova più admirabile, niuno più degno di ſomma veneratione che quello che fece in queſta ſera tornato alla menſa dopo il lavare i piedi de' ſuoi Diſcepoli, e queſto è la donagione che egli fece del Sanctiſſimo ſuo Corpo e pretioſiſſimo Sangue, perchè conoſcendo che dopo la ſua Paſſione e Reſurrectione dovea tornarſi al Padre Eterno a fruir la ſua gloria non ſofferſe abandonare i ſuoi Diſcepoli ſecondo che egli aveva lor predetto: *Non vos*

relin-

* Io. 10. v. 30. ** Io. 13. v. 34. 35. *** Io. 15. v. 13. Idem 10. v. 15.

relinquam orphanos, vado & venio ad vos *. Io non vi laſcerò orfani, nè privati di conforto, ma andrò e verrò a voi, e in altro luogo dice: *Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſumationem ſaeculi* **. Ecco che io ſono con voi fino alla fine del Mondo, e perchè queſto non doveva eſſere preſentialmente ma ſacramentalmente, però queſta ultima ſera inſtituì il Sacramento del ſuo Sanctiſſimo Corpo e Sangue, il quale è quello di che egli medeſimo diſſe: *Qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum* ***. Queſto è il Sangue che sarà ſparſo per molti in remiſſione de' peccati, queſto fu il degniſſimo dono, queſto fu il venerando memoriale che Gesù laſciò a' ſuoi Diſcepoli che doveva loro, e per lo advenire tutti quelli che dovevano credere in lui mondare e lavare da tutti i peccati, ſecondo che dice l'Apoſtolo: *Qui dilexit nos & lavit nos in Sanguine ſuo* ****; egli ci ha amati e lavati nel Sangue ſuo. Queſto è il Sangue prefigurato nel Sangue dello Agnello immacolato, il qual poſto in ſugli ſtipiti e ſoglia dell'uſcio non laſciava entrare l'Angelo ſterminatore a uccider quelli che dentro a quell'uſcio abitavano. Queſto è il ſacrificio prefigurato nella manna, la quale ricevè il popolo d'Iſdrael nel Deſerto, e nella oblatione che fece il Sacerdote Melchiſedech, queſto fu figurato nella immolatione che volle fare il Patriarca Abram del ſuo unigenito figliuolo Iſaac, queſto è il pane degli Angeli, il qual diſſe il Propheta: *Panem Angelorum dedit eis, panem Angelorum manducavit homo*; Iddio ha dato loro il pane degli Angeli, il pane degli Angeli ha l'uomo mangiato, e lui medeſimo del ſuo Corpo parlando dice: *Hic eſt panis vivus qui de Coelo deſcendit* *****. Queſto è il pane vivo che è diſceſo di Cielo, queſta è quell'Oſtia, la quale lui medeſimo ſecondo che dice San Paolo offerſe al Padre Eterno in odore di ſuavità, queſto è quel pane, nella cui fortezza Elia camminò infino al Monte di Dio Oreb:

* Ioan. 14. v. 18.

** Matth. 28. v. 20. (*ideſt non viſibiliter ſed ſacramentaliter ut mox auctor ipſe declarat*).

*** Matth. 26. v. 28.

**** Apoc. 1. v. 5.

***** Ioan. 6. v. 59.

Oreb; perchè quelli, i quali queſto Sacramento degnamente pigliano, e ſecondo le diſpoſitioni di che parla Sancto Paolo quando dice: *Probet autem ſe ipſum homo & ſic de pane illo edat & de calice bibat* * camminano in virtù di quel cibo fino al Monte di Dio, cioè fino alla gloria di vita eterna. Grande adunque e inenarrabile è la carità, che in queſta ſera ci ha dimoſtrato Criſto Gesù laſciando a noi il ſuo Sanctiſſimo Corpo e pretioſiſſimo Sangue, acciocchè ſempre quando vogliamo poſſiamo eſſere e abitar con lui.

Molte, anzi quaſi infinite laude ſarebbono da dire di queſto ſublime ed ineffabile Sacramento, le quali tutte laſcio addrieto, perchè e altro ingegno e altra copia di dire richiederebbono che quella che in me cognoſco, e anche forſe già troppo in lungo ſi è ſteſo il mio parlare. Avendo dunque, dilectiſſimi fratelli, veduto che coſa ſia umiltà, che coſa ſia carità, e quanto l'una e l'altra virtù ſia ſempre ſuta accepta all' Altiſſimo Iddio, quanto ancora il voſtro Maeſtro Gesù Criſto perfectiſſimamente per noſtro exemplo le abbia exercitate, ci dobbiamo sforzare quanto poſſiamo ſeguire le veſtigie ſue, come ci conforta l'Apoſtolo: *Eſtote imitatores Dei ſicut filii chariſſimi* **; e ſimilmente Sancto Iacopo nella ſua Canonica: *Eſtote factores verbi & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos* ***: ſiate factori ed eſecutori colle opere delle parole di Criſto, e non uditori ſolamente, perchè ingannereſte voi medeſimi, e ſecondo il detto della Scrittura: *Humiliamini ſub potenti manu Dei* **** *ante omnia*, come dice Pietro, *charitatem habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum* *****. Umiliatevi ſotto la potente mano di Dio, avendo ſoprattutto carità e dilectione l'uno verſo l'altro, perchè la carità ricuopre la moltitudine de' peccati, acciocchè mediante le dette virtù nel dì della Sancta Paſqua ci troviamo in tal modo preparati e diſpoſti, che poſſiamo degnamente in noi ricevere colui che offerſe ſe medeſimo immaculato a Dio per mondare le coſcientie

T no-

* 1. Cor. 11. v. 28.
** Eph. 5. v. 1.
*** Iacob. 1. v. 22.
**** Pet. 5. v. 6.
***** 1. Pet. 4. v. 8.

noſtre dalle opere mondane a ſervire a Dio vivente; *qui eſt benedictus in ſaecula ſaeculorum. Amen*. Lodato ſia Iddio.

Finis.

Habitus fuit in Fraternitate Magorum die 19. Aprilis 1470.

Laus Deo.

Hactenus laudatus Codex Magliabechianus.

TEmpus, quo Alamannus ex hac umbra migravit ad vitam ſeptuaginta tres annos natus, ex ſequentibus monumentis addiſcimus.

Petrus Marci Parenti F. Florentinus, & Alamanni coaevus in Volumine III. ſuarum hiſtoriarum, quod extat in Bibl. Magl. menſe Maio an. 1499. haec habet:

XI.

„ MOrì Alamanno Rinuccini noſtro Cittadino Fiorentino uomo dotto in Greco, & in Latino, in Filoſofia e ſtudi d' Umanità, ſiccome le ſue Opere dimoſtrano. Era degli Uffiziali dello Studio, e feceſegli la funebre per Meſſer Marcello Cancelliere della Signorìa, e Lettore in ſtudi d' Umanità pubblico &c. „

Ex libro vero Tabul. Athenaei Piſani, cui titulus „ Deliberazioni circa lo Studio Fiorentino e Piſano dal 1492. al 1503. „ dies etiam exequiarum menſis Maii innoteſcit, ut mihi perhumaniter communicavit Cl. Praeſul Angelus Fabronius, ita enim legitur:

Die 14. *Maii* 1499.

Supradicti Officiales ſimul congregati attendentes ad mortem Alamanni de Rinnuccinis eorum Collegae, & volentes ſecundum merita eius in ſuo funere honorare ſigno praefati Studii: propterea deliberarunt, quod drapellones fiant cum ſigno Studii, ſcilicet cum Cherubino rubeo cum Armis Rinuccinorum, & portetur

cras

cras in exequiis poſt funus, & hoc fiat expenſis ipſorum Officialium, ſi per haeredes dicti Alamanni aliter non provideatur. Expenſum fuit de pecuniis Studii, ut infra in hoc libro p. 155. & factae exequiae honorabiles, & habita fuit Oratio quampulcra per Marcellum de Virgiliis * die XV. dicti menſis.

Praeterea ex duplici Necrologio Florentino, quod extat penes Commune Civicum Florentiae, quorum alterum ex Arte Medicorum, & Aromatariorum, alterum ex ſuppreſſo Magiſtratu, qui *Graſciae* vocabatur, illuc devenit; addiſcimus etiam diem ipſum, quo Alamannus deceſ-

* De Marcello Virgilii Adriani & Pierae Strozziae F. qui obiit V. Cal. Decembris 1521., annos natus 56. menſes VI. dies XXVII. iis quae ab eruditis traduntur aliquid addam, quae ad eius inſignem peritiam in Hiſtoria Litteraria, & arte critica patefaciendam conferre poſſunt, ne hoc tam celebre nomen inoffenſo pede percurram.

Marcellus itaque Virgilius quamvis a Secretis Reip. eſſet Florentinae, ac totius rei herbariae apprime peritus, ac indefeſſus inveſtigator, tamen quum linguam graecam, latinamque egregie calleret, honeſta fuit mercede conductus, ut in Licaeo Florentino humaniores litteras publice doceret. Quam bene hoc munere functus fuerit ex mox dicendis patebit. Conſueverat Marcellus antequam auctorem aliquem ſuis diſcipulis interpretandum aſſumeret, nonnihil in Prolegomenis immorari, ac incipiens ab auctoris vita deveniebat ad titulum, tandem ad editiones, & interpretationes, ſi quae factae fuerant ab eruditis hominibus, qui ſuperiori tempore vixerant. Luculentiſſimum exemplum habemus in Statii Sylvis (vid. Cod. authogr. Bibl. Magl. Cl. VII. 973.): ibi enim praeter Statii vitam & dilucidationem tituli, praecedit brevis hiſtoria Codicis, ex quo princeps prodiit impreſſa editio. Ait enim „ Latuerant autem hi libelli multos annos ad noſtram uſque memoriam, atque a Poggio viro doctiſſimo e Germania in Italiam translati ſunt: mendoſi quidem ac mutilati, & ut verius dixerim dimidiati, ſed quorum tamen ſummum operae pretium conſtiterit . . . . In quinque autem libros, quas in manibus Sylvas habemus, digeſtae ſunt; eas & publice primus enarravit, & ſcripto interpretatus eſt vir noſtra aetate non incelebris Veronenſis Domitius, quem nos eatenus ſequemur, quatenus probabimus. Quod ſi quando ab eo veritatis ergo diſſenſero, rogo obteſtorque vos, ne tam hominis auctoritati, quam rationibus ipſis credendum, animum induxeritis. Ego quantum in me erit dabo operam ne poenitendus vobis hic meus labor videri poſſit. Quare adeſte quaeſo animis clariſſimi iuvenes, atque hanc noſtram operam boni conſulite, ſimulque Ariſtotelicum illud mementote pro veritatis d fenſione etiam propria impugnare oportere „. Haec ſatis ſint de Marcello cuius orationem habitam in funere Alamanni fruſtra quaeſivi.

ſit. In utroque enim ſub die XII. Maii an. 1499. legitur „ ALAMANNO RINUCCINI RIP. IN S. ✠ „.
Addam praeterea documenta illa, quae notata adinveni in Bibliotheca Rinucciniana ad hanc familiam ſpectantia, ubi inter alia manu recenti de Sepultura gentilitia Rinuccinorum ad S. Crucis haec habentur.

Nel libro delle Sepolture di S. Croce leggeſi, che Meſſer Franceſco ha la Cappella e la Sepoltura poſta nella Sagreſtia di detta Chieſa.

Queſta Cappella tutta dipinta è ſtata creduta opera di Taddeo Gaddi. Fu fatta dipingere ed ornare da Meſſer Franceſco Rinuccini, e fra le ſacre figure in eſſa dipinte vi è il ritratto del ſuddetto Meſſer Franceſco Cav., la qual coſa ſi è coſtumata fare da molti; Il fu Sig. Marcheſe Carlo Rinuccini comprò dall'eredità del Sig. Gran Priore del Bene morto verſo la metà del preſente ſecolo un Quadro ſacro grande, Opera di Franceſco Roſſelli del 1582. in cui ſono dipinti molti ritratti di perſonaggi appartenenti alla famiglia dei Rinuccini del Bene.

Nel Cancello di ferro della ſuddetta Cappella ſi legge A. MCCCLXXI. ad honorem Nativitatis Beatae Mariae Virginis, & Sanctae Mariae Magdalenae pro Anima Lapi Rinuccini, & deſcendentium. (Queſta data del Cancello riguarda il tempo, in cui fu fatto, ma non la Cappella.)

Queſta Pittura dopo quattro ſecoli cominciando ella notabilmente a patire fu fatta riſtaurare con prudentiſſimo conſiglio dal Sig. Marcheſe Carlo Rinuccini nel 1736. ſervendoſi in ciò di Agoſtino Veracini Pittore Fiorentino non ſolo celebre per dipingere d'invenzione, ma eccellente ancora nel reſtaurare le antiche Pitture, di cui perfettamente imitò l'impaſto, il colorito, il diſegno, e la maniera con facilità e naturalezza tale, che le pitture da lui ritornate in vita ſembrano originali fatte di freſco per mano de' loro primi Maeſtri, come lo dimoſtrano le Opere del Gaddi nella ſuddetta Cappella, e quelle di Paolo Uccello, e di altri nel primo Chioſtro dei Padri Domenicani nel Monaſtero detto di Santa Maria Novella.

OPE-

OPERUM ALAMANNI RINUCCINI

TAM EDITORUM QUAM ANECDOTORUM

CATALOGUS.

I. *Verſio Vitae Apollonii Tyanenſis a Philoſtrato conſcriptae.*

PRaecedit Praefatio ad Fridericum Feretranum Urbini Comitem una cum Epitome octo librorum Philoſtrati.

Hanc omnium primus abſque textu graeco edidit Bononiae an. 1501. in f. Philippus Beroaldus ſenior apud Benedictum Hectoris, eamque inſcripſit Baptiſtae de Comite Medi lanenſi diſcipulo ſuo. Verum omittit Alamanni praefationem Comiti Friderico Feretrano; ſubnectit tamen ſingulorum librorum argumenta ex Alamanno, quaſi de ſuo penu deprompta: dein ſubdit: „ Quae omnia luculenta octo voluminum enarratione explicat Philoſtratus inter Conditores Graecorum celeberrimus, quem latinitate donavit Alamannus Rinuccinus homo graece, latineque eruditus, qui cum non ſolum trivialibus doctoribus ignotus, verum etiam maximis profeſſoribus parum cognitus iamdiu delituiſſet, exiſtimavi ne facturum operae precium ſi luculenti Scriptoris luculentum opus me duce, & praevio ex tenebris in lucem educeretur „.

Qui locus quamvis forte intelligendus ſit de Philoſtrato, qui ante hanc primam editionem eſſet vel penitus ignotus, vel parum notus etiam doctioribus hominibus: tamen pariter explicari poteſt de Alamanno, qui poſt hunc exantlatum laborem adhuc iacebat in tenebris; quod tanta eſſet modeſtia, ut minime curaverit ſuum hoc opus ſe vivo in lucem prodire, ut idem etiam ſuperius me adſeruiſſe recordor.

Mirari ſubit Beroaldum, qui in impreſſione Philoſtrati recognitoris tantum vices gerit, adeo laudatum fuiſſe a Camillo Palaeotto, ut ſequens meruerit ab eodem octaſtichon, quod referre non

piget,

piget, quia rariſſima ſit editio Bononienſis apud Benedictum Hectoris, ex qua deſumpſi:

EPIGRAMMA.

Cum tua tempus edax legeret monumenta Philippe
Haec, quibus aeternum tollis in aſtra caput;
Ingemuit vinci indignans, gladioque parabat
Aut laqueo vilem depoſuiſſe animam.
Cui mors illacrymans: gravior mea cura metuſque eſt
Imperium quaſſat fortius ille meum.
Nuper ab infernis remeare Philoſtraton antris
Iuſſit, & invita morte videre diem.

Eodem anno 1501. typis Aldinis Venetiis in f. impreſſus fuit textus graecus Philoſtrati de Vita Apollonii Tyanei, & Euſebius contra Hieroclem pariter graece. Utriuſque Auctoris verſiones, nempe Philoſtrati ab Alamanno, & Euſebii a Zenobio Acciaiolio prodierunt an. 1504. quo totum hoc opus publice proſtare coepit.

Poſſem hic inſigniores Philoſtrati de Vita Apollonii editiones recenſere. At ſupervacaneum eſſe arbitror, quandoquidem haec notitia hauriri poteſt ex Prolegomenis Philoſtratorum Operibus praemiſſis a Gottfrido Oleario in magnifica editione Lipſienſi an. 1709. in f. qui etiam nonnihil addit de verſionibus Gallica, & Anglica vitae Apollonii; nam quoad Italicas Iacobus Maria Paitonus affert Apollonii vitam italice redditam a Ioanne Bernardo Gualandio, quae prodiit Vener. 1549. in 8. a Franciſco Baldello Flor. apud Laur. Torrentinum 1549. cum Privilegiis Pauli III. P. M. Caroli V. Caeſaris, & Coſmae Florentiae Ducis in 8. & a Ludovico Dolce Venet. 1550. in 8. atque has duas poſtremas aſſerit P. Negri eſſe factas ex Alamanni latino ſermone.

II. *Plutarchi Liber de Virtutibus Mulierum, ſive de Claris Mulieribus ab Alamanno Rinuccino latine redditus.*

Huius

Huius prima editio prodiit Brixiae per Boninum de Boninis 1485. in 4. Vide Pinelli T. I. p. 237.

III. *De Conſolatione ad Apollonium ob mortem Filii ad Coſmum Med.*

Praeit Epiſtola nuncupatoria.

IIII. *Vita Niciae, Marcique Craſſi ad Petrum Medicem Coſmi Filium.*

Praecedit Epiſtola ad eumdem.
Inc. Quoniam ut arbitror non abſurde Niciam Craſſo, & Parthicos eventus caſibus Siculis &c.

V. *Agidis & Cleomenis ad eumdem Petrum cum Praefatione.*

Inc. Ixionis fabulam nonnulli contra inanis gloriae ſectatores compoſitam arbitrantes &c.

VI. *Ageſilai Regis ad Laurentium Petri Filium.*

Praemittitur Epiſtola ad eumdem Laurentium.
Inc Archidamus Zeuxidami filius cum praeclare &c.

Quam profunde dormitaverit Io. Ant Campanus, qui recognitoris munere eſt functus in editione romana an. 1470. Vitarum Plutarchi, quae a diverſis auctoribus latinae ſunt factae, iam ſuperius innuimus. Non vacat in praeſentiarum multiplices enumerare errores, in quos turpiter lapſus eſt in impreſſione huius Operis. Quamvis autem nonnullos attigerim, iique ſatis eſſe poſſint ad eius ſummam oſcitantiam oſtendendam; nequeo tamen tacitus praeterire eum miſere eſſe hallucinatum, dum inter vitas a Plutarcho exaratas, ac latina veſte a Donato Acciaiolo indutas, recenſet vitas Annibalis, ac Scipionis Africani, quarum utraque fuit ab ipſo Donato compoſita, nec ex Plutarcho translata. Teſtis luculentiſſimus eſt Acciaiolus ipſe in epiſtola nuncupatoria Pe-

tro Medici Coſmi F. praemiſſa Vitis Annibalis & Scipionis, & a Campano edita, in qua Acciaiolus ingenue fatetur ex variis auctoribus deſumpſiſſe, quae de ambobus illuſtribus viris memoriae tradit; ita enim Petrum alloquitur „ Verum cum nuper quibuſdam ſermonibus intereſſem, quos tu cum amicis, ut plerumque ſoles, iocundiſſime conferebas, animadverti te ex clarorum hominum memoria non mediocrem voluptatem capere. Itaque me domum recipiens conſtitui animo duorum praeſtantiſſimorum Ducum Scipionis & Annibalis geſta, quae ex variis auctoribus tum graecis, tum latinis collegeram praeſenti volumine complecti, idque ſicut alias lucubrationes meas nomini tuo dicare; ut quando a maximis curis tibi ocium ſupereſſet, paratum haberes opus, quod ad ſolacium animi, ad memoriae dignitatem, & obſervantiae meae teſtimonium pertineret „. Clariſſima ſunt haec, at neſcio quo fato Praefatio in reliquis poſterioribus editionibus, quum penitus omittatur, ex hominum memoria penitus excidit, inſeditque in animis eorum, qui praeiudiciis occupati auctoritati fidunt alienae, nec graecos ſectantur fontes, falſa opinio, Acciaiolum ex Plutarcho vertiſſe quas nobis dedit vitas Annibalis & Scipionis, quamvis ex Catalogo Operum Plutarchi, quem nobis reliquit eius filius Lamprias, diſcamus, minime in eo comprehendi vitam Annibalis, ac ex regulis ſeverioris critices nobis conſtet illam Scipionis iniuria temporis periiſſe. Vid. T. V. Acad. Par. Inſcr. Verum de hiſce Campani ſphalmatis commodius fortaſſe alio tempore verba faciemus. De Verſionibus Italicis Operum Plutarchi conſule Paitonium.

VII. *Oratio exercitationis gratia compoſita in Creatione Calliſti III. an.* 1455.

VIII. *Oratio habita in funere Matthaei Palmerii.*

Huius meminit Bartholomaeus Fontius in Ann. ad an. 1475. „ Matthaeus Palmerius LXX. aetatis anno Florentiae obiit: Funus hono-

honorifice elatum eſt. Laudavit e ſuggeſtu inſigni eum oratione funebri Alamannus Rinuccinus in Sancti Petri Maioris Aede „.

VIIII. *Oratio facta rogatu Petri Philippi Pandulphini cum Orator miſſus fuit Neapolim ad Ferdinandum Regem in ſolemnibus eius nuptiis an.* 1477. *quam idem Petrus Philippus pronunciavit.*

X. *Iannoctii Manetti Vita.*

Hanc incaſſum quaeſivi, nec reperitur in Bibliotheca Malateſtina, quamvis Bocchius Opera omnia Alamanni in ea aſſerat extare.

XI. *Sermo Sacer pronunciatus in Fraternitate Magorum die XIX. Aprilis an.* 1470. *noctis tempore.*

XII. *Epiſtolae variae ad diverſos.*

XIII. *Dialogus, qui inſcribitur* Charon, *ex graeco Luciani vertente Alamanno, Baſileae impreſſus* 1518. *in* 4.

Supplementum Epitomes Biblioth. Geſnerianae Alamanno tribuit hoc opuſculum. At quum eumdem Dialogum latine iam fuerit interpretatus Rinuccius Caſtilionenſis, eique epiſtolam praefixerit ad R. P. D. Card. Morinenſem probabiliter Rinuccino tribuitur quod Rinuccii eſt ex mera nominis ſimilitudine. Vid. Cl. Aud. p. 409.

XIIII. *Adnotationes ad Domeſticum Prioriſtam MS., quae incipiunt anno* 1460. *ac deſinunt fere ad extremum ſuae vitae.*

F I N I S.

INDEX

RERUM NOTABILIUM.

A

ACademia domeſtica ab Alamanno Rinuccino inſtituta. Pag. 15. 73. 86.

Academiae Piſanae reparatio 17.

Acciaiolus Donatus. Eius Epiſtolae ad Marcum Parenti, ad Antonium Rufum, ad Alamannum Rinuccinium 37. 73. 75. 77. Ad Andream Alamannum 77. 79. Epiſtola in laudem Caroli Marſuppini 48. Epiſtolae ad Iacobum Ammannatum, & nomine Veſpaſiani Librarii ad Alfonſum Palentinum, & Io. Argyropylum 58. 60. 63. Latina, & Graeca lingua expertus 113. Auctor verſionis Italicae vitae Nicolai Acciaioli 124. Utrum fuerit Officialis Studii Piſani 106. Quo die, quoque anno mortuus ſit. Ibi. Eius Epiſtola ad Poggium Bracciolinum 107. Ad Alamannum Rinuccinium 108. 109.

----- Petrus latino, & graeco Sermone expertus 113.

----- Zenobius 8. Eius Prologus ad Magnificum virum Laurentium Petri Franciſci F. Medicem 41.

Adriani Marcellus Virgilius a Secretis Reip. Flor. 147. In Liceo Florentino ad litteras humaniores docendas conductus. Ibi. In funere Alamanni Rinuccini Orationem habet 19. 147.

Ageſilai Lacedaemonii Regis vita ab Alamanno ex Plutarcho traducta 24.

Agidis, & Cleomenis Vita ab Alamanno Rinuccinio in latinum translata 24.

Alberti Leo Baptiſta ſumma doctrina praeditus 46.

Aldobrandinus Ducis Ferrariae Orator 39.

Allius Antonius Feſulanus Epiſcopus, dein Volaterranus 65. 112.

Altovita Franciſcus Abbas Generalis Ordinis Valliſumbroſae 65.

Ammannatus Iacobus 48. Scriptor Brevium Apoſtolicorum ſub Calliſto III., & Pio II. 58.

Andreas Franciſci Ser Andreae Studii Piſarum Officialis 95.

Antoninus Archiep. Flor. Orator miſſus pro Rep. Flor. gratulaturus de Calliſti III. Pont. Max. creatione 16.

Apollonii Tyanenſis vita ab Alamanno Rinuccino ex Philoſtrato latine reddita 5. 8.

Archivum ſeu Tabularium Diplomaticum Florentinum 19.

Arduini Oliverius Canonicus Flor. Procurator Officialium Studii Piſarum 98. 99. 100.

Argyropylus Io. 2. 22. 35. 47. 58. 61. 63. 113. Graecas litteras & Philoſophiam Alamannum Rinuccinum edocet 2. Florentiam accerſitus Civitate donatur, & ad quindecim annos Iuventutem Florentinam inſtruit. Ibi. Incertum quando obierit 3.

Auctores, qui de Alamanno Rinuccino honorifice ſunt loquuti xi. & ſeqq.

Audiffredus Fr. Io. Baptiſta 24.

B

Barbarus Hermolaus 23.

----- Zacharias 39.

Bartolini Baldus Peruſinus conductus ad ius Civile in Studio Piſano legendum 97. 98.

Becchius Gentilis Urbinas 26. Quando obierit 112.

Berlinghierius Berlinghierus Studii Piſarum Officialis 94. Eius mors 102.

Beſſarionis Cardinalis Academia 16.

Bibliotheca Marciana Florentiae 42.

Bolognetti Antonius legit in Studio Piſarum Iura Civilia 96.

Bongiannus Ser Iacobus Procurator Officialium Studii Piſani 95.

Bonus Everhardus Comes Wirtembergenſis 2.

Bracciolini Poggius magni nominis Scriptor 48. Eius epiſtola ad Andream Alamannum 82.

Brunelleſchi Sculptor, & Architectus 46.

Bruni Leonardus Arretinus ab Epiſtolis Innocentio VII., & Ioanni XXIII. 48. Reip. Flor. Cancellarius. Ibi. Eius laudes 31. & ſeqq. Eiuſdem mors 33.

C

Callixtus III. Sum. Pont. emittit votum de Bello Turcis inferendo 90.

Campanus Io. Antonius 23. 116. Eius errores in editione romana Vitarum ex Plutarcho 121. 151.

Caponi Liſa ſive Aloyſia Alamanni Uxor 21.

Caponius Nerius 51.

Cennini Petri Epiſtola 65.

Chalcondyle Demetrius 3.

Chizoli Albertinus Cremonenſis conductus ut Medicinam Piſis profiteretur 99.

de Cimabobus Io. Pictor 45.

Cleomenis, & Agidis vita ab Alamanno in latinum translata 24.

Corneus Petrus Philippus de Nobilibus de Cornio docet in Studio Piſarum leges civiles 96. 97. Eius conductio. Ibid.

D

Datarius Lazarus Placentinus Medicus inſignis Medicinae lecturam in Studio Piſarum obtinet, aſt probabiliter non venit 101. Accerſitur a Magnifico Laurentio extremo morbo laborante. Ibi.

Dominicus Venetus pictor magni nominis 45.

Donatellus Sculpturae reſtaurator 45.

F

Fabronius Angelus xii.

Feretranus Federicus Princeps 6. 43.

Ficinus Marſilius Academiae Platonicae Princeps 113.

Fridericus III. Imperator Romam iturus Florentiam ingreditur, ubi ſummo honore excipitur 13.

G

Gaddi Thaddaeus Pictor, & Architectus 45.
Gaza Theodorus 5.
Ghiberti Laurentius Sculptor inſignis 46.
Gianfigliazzi Bongiannius Univerſitatis Piſarum Officialis 94.
----- Raynaldus plurima pro Rep. Flor. geſſit munia 50.
Graſſi Iohannes Taurinenſis conductus ad Leges Canonicas Piſis interpretandas 100.

H

Habacuc Prophetae interpretatio verſiculi 2. Cap. III. 138.
Hierocles 6. 7. 41.

I

Ioctus Pictor, & Architectus inſignis 45.
Ioannes Angelicus ex Dominicana familia Pictor eximius 45.
Iunius Bernardus pluries pro Rep. Flor. Legati munere fungitur 51. Romam comitatur Fridericum III. Imperatorem 13.

L

Landinus Chriſtophorus 16. 109. Eius tractatus de vera nobilitate, & huius Operis Praefatio 110. & ſeq.
Leoni Petrus de Spoleto 39. 102. Eius Mandatum Petro de Soderinis ad obtinendam Cathedram Medicinae vel Flor. vel Piſis. Ibi, & ſeqq.
Lianorus Bononienſis in Graecis, & Latinis litteris inſtructiſſimus 109.
Lippius Philippus iam Carmelita Pictor egregius 45.
Luna (de) Nicolaus. Eius Epiſtola ad Alam. Rinuccinum x

M

Manetti Iannoctius 49. Legati munere fungitur 13. 14.
M. Craſſi vita ab Alamanno in latinum verſa 24.
Marſuppini Carolus Eloquentiae Profeſſor 48. Scriba Reip. Flor. Ibi. Eius laudes. Ibi.
Maſaccio Thomas Pictor egregius 45.
Medices Coſmus 33. 51. 62.
----- Ioannes Biccii F. 50.
----- Ioannes Orator deſtinatus a Rep. Flor. in creatione Calliſti III. Pont. Max. 16. 31.
----- Iulianus. Eius Epiſtola ad Laurentium Nepotem x.
----- Iulianus a Coniuratis occiſus. Eius funus, & laudes 26.
----- Laurentius Petri F. 7. 8. 9. 17. 26. 38. 41. 55. Studii Piſarum Officialis 94.
----- Petrus Magnifici Laurentii Pater. Eius mors 111.
Minerbetti Petrus Studii Piſarum Officialis 95.
Moriti Dieciaiutus Can. Flor., & Abbreviator Apoſtolicus 65.

N

Naldius Naldus 49.
Nati ſive Natta Georgius Civis Aſtenſis Canones Piſis interpretatur 101. Eius Opera 102.
Niccolini Ioannes Syndicus, & Procurator Officialium Studii Piſarum 96. 97.
----- Ottho pro Rep. Flor. in creatione Calliſti III. Pont. Max. gratulatur 16.
Niciae Athenienſis vita ab Alamanno traducta 24.
Nicolaus V. Sum. Pont. 14.
Numiſma Alamanni & illius explicatio ix. Ubi animadvertendum ſupereſt extare expreſſam quamdam

Chi-

Chimaerae formam, praeſertim quum Leonis pes dexter anchorae cuidam inſiſtere videatur: id quod innuiſſe ſit ſatis, ut quiſque pro lubitu artificis mentem expendat.

P

Palmerius Matthaeus 33. Oratio ab Alamanno habita in Divi Petri aedibus in eius funere 122. Eius Opera de vita Civili, de Bello Piſano, & de temporibus. Scripſit etiam Poema, cuius titulus *Civitas Vitae* 124. Iuſtitiae Vexillifer 125. Legatus ad varios Italiae Principes miſſus. Ibi.

Pandulfini Carolus Legati munere decoratus, Romam Fridericum III. Imperatorem comitatur 13.

----- Iacobus 63.

----- Iannoctius pro Rep. Flor. de creatione Calliſti III. Pont. Max. gratulatur 16.

Pazzius Ant. Can. Flor. 95. Studii Piſarum Cancellarius (ex Salvinio) Epiſcopus Sarnenſis, dein Militenſis 96.

----- Coſmus Epiſc. Aretinus 112.

Philelphus Franciſcus 23.

Plutarchi Conſolatio ad Apollonium per Alamannum latine facta 36.

Politianus Angelus 55. 113.

Praefatio Alam. Rinuc. Philoſtrato praepoſita 10. 43.

Prioriſta Rinucciniae familiae cum additionibus & notis Alamanni 13. 14. 22. 53. 72. 94. 106. 131.

R

Recinetenſis Criſtophorus, eius Conductio ad Cathedram Medicinae Piſis ſub quibuſdam conditionibus, qui forſitan non venit 95.

Regolini Ugolinus Officialium Studii Piſarum Procurator 101. 102.

Reuclinus Io. Argyropylum Romae Philoſophiam, graecamque linguam docentem admiratur 2.

Rhoſius Io. Cretenſis Calligraphi munus exercet 8. 9.

Ridolfi Antonius pro Rep. Flor. de creatione Calliſti III. Pont. Max. gratulatur 16.

----- Laurentius iuris utriuſque Doctor Legati munere fungitur ad Venetos 50.

----- Thomas Studii Piſarum Officialis 94. 95.

Riminaldus Io. Maria Ferrarienſis Iuris Civilis Cathedram Piſis poſtulat 106.

Rinuccini Alamannus. Eius ortus 2. Hiſtoricus & Philoſophus 5. Sculpturam, Picturam, Architecturam colit 9. Ad praecipuos Reip. Flor. honores accedit, & Praetor in Provinciis conſtitutus 11. Legati munere fungitur ad Sixtum IV. 11. 12. 14. & Mon. V. Impetrat a Sixto IV. ut Reip. Flor. liceat exigere ad annos quinque a poſſeſſoribus bonorum Eccleſiae in ditione Flor. annuos florenos quinque mille pro ſubſidio Gymnaſii Piſani 65. Reſp. Flor. committit Alamanno, ut a Sixto IV. imploret, ne Eccleſia Pontremulenſis erigatur in Cathedralem 69. Academia Piſana ab ipſo incrementum accipit 17, Officialis Studii Piſani conſtitutus 18. 19. 94. Conducit Magiſtros ad docendum Piſis 18. 19. Quam viriliter in electione Profeſſorum celebriorum ſe geſſerit 94. Matrimonio iungitur cum Liſa Becti Caponi Filia, ex qua tres Liberos ſuſcipit 21. Poggio Bracciolino, Ioanni Argyropylo, Coſmo, Petro, & Laurentio Medices cariſſimus 22. A gloria alienus. Ibi. Eius Epiſtola de Morte Leonardi Arretini ad Io. Med. quae diem mortis ſiſtit 31.

31. Epiſtola *de Conſolatione ad Apollonium* nuncupatoria Coſmae Med. ut illum conſolaretur de morte Filii 33. Ubi notandum eſt me noviſſime a Cl. Ang. Fabronio certiorem eſſe factum, Venetiis extare aliud Apographum eiuſdem Plutarchi Opuſculi ex Alamanni verſione cum Praefatione, ex quo mihi humaniſſime idem Fabronius communicavit Epiſtolae articulum Venetiis XII. Novembr. ſibi a Cl. Iacobo Morellio ſcriptum, qui eſt huiuſmodi „ Da pochi meſi ho acquiſtato un Manoſcritto del ſecolo XV. contenente la Conſolazione di Plutarco fatta latina da Alamanno Rinuccini con la dedicazione a Coſimo de' Medici. In queſta oſſervo che v' è una sì bella teſtimonianza della letteratura di Coſimo che non foſſe altra ve ne abbia ſimile, anzi appena per tal capo lo vidi commendato da qualcheduno. Glie la comunico volentieri. Dice il Rinuccini a Coſimo che con fortezza d'animo ſoffrì la morte di Giovanni ſuo figliuolo che non oſtante quella, atteſe alle coſe pubbliche, e private, al di lui Funerale ec. Poi proſegue. Quae cum magni ſint animi argumenta &c. „ Praefatio in Libros Philoſtrati de Vita Apollonii Tyanaei in latinum converſos 43. Praetor Florentiolae creatus 66. Eius Romae manſio. Ibi. Epiſtolae ad Laurentium Med. 37. 38. Oratio in Creatione Calliſti III. Pont. Max. exercitationis gratia compoſita 86. Binas Filias ex Aloyſia Caponia, & Maſculum unum Patri praemortuum ſuſcipit, alterum illegitimum 106. Sapientium virorum amicitiam colit 107. & ſeqq. Inter celebriores Argyropyli diſcipulos numeratur 109. Alamanni modeſtia. Ibi. Epiſtola nuncupatoria Petro Med. praemiſſa Vitae Niciae, Marcique Craſſi 114. Praefatio in Agidis, & Cleomenis vitas ad eumdem Petrum 116. & ſeq. In Ageſilai Regis vitam ad Laurentium Medicem 118. & ſeq. Oratio ad Ferdinandum III. in ſolemnibus eius Nuptiis rogatu Petri Philippi Pandolfini &c. 126. In generalibus Artium Comitiis Prooemium ab eo habitum 130. Quam fuerit in Theologica facultate verſatus 26. Sermo in Coena Domini habitus 133. Mors, & funus 146. Sepultura 27. 148. Operum tam editorum, quam anecdotorum Catalogus 149.

----- Nereus Alamanni Frater Binas Uxores habet, ex utraque ſeptemdecim ſuſcipit Liberos 107.

----- Philippus Alamanni Filius praemoritur patri 21.

Rinutius Caſtilionenſis Secretarius Apoſtolicus 24. Eius Patria, eiuſque opera. Ibi.

Robienſis Lucas 46.

S

Salutati Coluccius Reip. Flor. Cancellarius 47.

Silvius Aeneas Orationem ad Calliſtum III. Pont. Max. de obedientia Friderici III. Imperatoris habet 90.

Societas Magorum eiuſque celebritas 25. 26. Dein S. Pauli denominata. Ibi.

de Soderinis Petrus Thomae filius 102.

T

Tirabuſchi Conradinus de Bergamo Medicinae Cathedram Piſanam petit 105.

Torre (della) ſive Turrianus Stephanus Mediolanenſis Leges Civiles in Studio Piſarum interpretatur 98.

Tor-

Tortelli Iohannes Aretinus Cubicularius, & Bibliothecarius Nicolai V. 47.
Tranchedinus Nicodemus Pontremulenſis 35.
Traverſarii Ambroſii vita a Laurentio Mehus concinnata 49.

V

Valla Laurentius 46.
Valori Bartholomaeus 50.
Uberti Leonardus Dominicanae Familiae Alumnus, & Bibliothecae Marcianae Florentinae Cuſtos 42.
Veſpaſianus Florentinus Bibliopola; Scriptor vitarum virorum ſui temporis illuſtrium 60.
Veſpuccius Georgius Ant. 113.
Urſini Raynaldus Archiep. Flor. 66.
Uzzano (ab) Florentiae Liceum erigendum ex teſtamento conſtituit 50.

Z

Zanettinus Hieronymus leges Civiles, ſeu Canonicas Piſis interpretatur 98. Eius mors 99.

3-7-88
84